vel tacite illi renunciare. facit qd ibi dicit. **¶** Ultimo induco istu tex. ad aliud no. dicit qd si statuentes vlt eoz successores veniunt scienter ptra statutū videtur tollē statutū ita qd p vnicū actū p trariū statuto collegialiter factū tollit ipm statutū. qd videt velle hosti. et Jo. an. in. c. ad audientia. de de. non res. facit ad. q. Bar. post Ly. in. d. l. oēs ppli. vbi querit vtrū p scdm statutū tollat primū si in scdo nulla sit mentio de pmo. et cludit qd sic nisi pmoz haberet clausulā derogatoriā ad scdm. tūc em̄ est op^o facere mentionē de pmo. ar. in. l. si quis in pn. ff. de le. ij. et i. c. non illi. j. de resc. **¶** In glo. ij. ibi sine auctoritate pape. doct. h multū instant ponēdo vari as opi. Sz colligēdo pstatōres sic distingue post Jo. cal. qd aut queritur. nunquid ep̄s et caplm possunt minuire numex p̄bendaz vel supprimere dignitatē in ecclia. aut querit nunquid possint augere numex canonicoz et p̄bendaz vel creare dignitatem in ecclia. Et primo p̄mitte qd caplm sine ep̄o et ep̄s sine caplo ista vel similia explicare nō possunt qd cū sit vniū corp^o nō d̄z mutari stat^o ecclie sine cōsensu vtriusqz. de quo vide qd dixi. s. e. ti. c. cū omnes. et p̄ Inno. j. de p̄suetudine. c. p̄suetudis. et p̄ gl. in. c. ij. d. x. sig. in. vj. Ad ergo residet in h. nūquid sine papa possit caplm cū auctoritate ep̄i. vel ep̄s cū p̄sensu capli ista facere. Distingue ergo sic. qd aut nūerus canonicoz seu p̄bendaz nō est cōfirmat^o p papā nec iurat^o. aut est iurat^o et nō p̄firmat^o aut ē p̄firmat^o et si iurat^o. aut ē p̄firmat^o et iurat^o. et p̄mo p̄seqz nūquid possit caplm cū aucte ep̄i augē nūmerū p̄bendaz et canonicoz. Si. n. nūer^o nō ē iuratus nec p̄firmat^o. et i dubio p̄t augere si alia cā rōnabilis nō obstat. h̄ p̄bat in. c. dilecto. et in. c. v̄cante. de p̄ben. aut nūer^o est iurat^o sed nō p̄firmatus. et tūc aut canonici iurauerūt seruare statutū et possunt augere prius sublato statuto. vt no. i. d. c. dilecto. aut iurauerūt seruare contenta in statuto. et tūc nō possunt venire ptra absqz auctoritate pape. vt in. d. c. dilecto. si tñ p̄ueniāt tenet creatio p̄ incidit in p̄iurū. vt no. in. dicto. c. dilecto. facit qd no. Jo. an. in reglā qd semel. de re. iur. li. vj. i mercu. aut nūerus est p̄firmat^o sed nō iurat^o. tūc si cōfirmatio est simplex tenet creatio. ar. h̄ in. fi. et in. d. c. dilecto. aut p̄firmatio est facta cū clausula decreti irritantis qd fieret in p̄trariū. et subdistinguit aut em̄ reddit^o ex postfacto excreuerit. et tūc tenet creatio. quia in illa p̄firmatōe subintelligit clausula nisi reddit^o excreuerint. vt. j. c. p̄xi. aut reddit^o nō excreuerunt et non possunt de nouo creare. si vero nūerus est iuratus et etiā p̄firmat^o tūc eo casu quo sola p̄firmatio impedit fortius p̄stat^o impediētū cū p̄firmatio et iuramentū p̄currūt. sed vbi qdlibet p se nō sufficit ad impediendū nec sil iuncta impediēt qd iure nō p̄bat. aut querit an possit caplm creare dignitatē in ecclia. et tūc aut vult creare dignitatē oīno nouam et nō p̄t. qd ad solum papam p̄tinet creare dignitates. vt in. c. j. xxij. di. puta si velint statuē vt sint cardiales i eoz ecclia. aut vult creare vniā de dignitatib^o prius creatis. puta archidiaconatū vel archip̄sbyteratū et potest. ar.

hic. in. fi. nam ista dignitas erat hic extincta. et ex facto capli erat nouiter instituta sine licētia pape. **¶** Accob. dicitur glo. qd istō p̄tingat ex p̄stia prioris dignitatis quia cum dignitas esset prius ex tincta debet dici noua creatio. et facit. xxj. di. in no. uo. quod etiaz tenet Jo. an. et etiaz moderniores p̄dicta p̄cedunt respectu augmētationis seu creationis. An aut possunt diminuire numex p̄bendarum et canonicoz seu supprimere dignitatē que iā est creata. aut nō subest causa et nō possunt. vt. j. c. ex pte. aut subest cā. et tūc si papa vel eius auctoritate numer^o sit p̄stus vel dignitas sit creata tunc nō possunt diminuire. ar. in. c. cū venisset. d. iudi. et. c. j. et. c. ij. de p̄fir. vti. et hoc dicit tenēt cōiter docto. Ego limitare h̄ dicitū videlicet nisi causa dimi nuendi esset orta ex postfacto. nā quēadmodū potest fieri augmentū excreuerit facultatib^o. j. c. p̄xi. nō obstat p̄firmatōe pape. ita et diminutio dimi nutis facultatib^o. facit qd in sili no. gl. in. c. j. de cōfir. vti. aut cessat auctoritas pape. et tūc si aliqz ali^o a capitulo instituit illas p̄bendas vel dignitates nō potest capitulū diminuire sine auctoritate fundatoris vel heredis. ar. c. monasteriū. xvj. q. vj. als vj. qd est bā no. et originall^o fuit dicitū hosti. et per hoc. dicitū Lal. dicit se obtinuisse qd ep̄s non p̄t dispensare ptra institutiōem beneficii vel ipam imutare vel ptra eaz venire sine p̄sensu patroni. qd sp̄ no. Si ergo ex institutiōe beneficii collatō est fiēda p̄sbytero nō p̄t ep̄s sine licētia patroni dispensare vt cōferat nō p̄sbytero. ad idē adduco no. dicitū Inno. in. c. si. de de. nō res. vbi dicit ep̄m nō posse p̄ statutū beneficii dispēlare. facit qd no. i. c. at si clerici. de iudi. in. s. de adulterijs. h̄ limitare nisi dispēlatō h̄et fieri ex necessitate ecclie et patronus nōlet p̄sentire. ad hoc adduco no. dicta dñorum de ro. deci. cccv. vbi dicit qd si patron^o sine cā nō vult cōsentire pmutatōni beneficii p̄t ep̄us hoc facere sine p̄sensu patroni. qd patron^o nō debz impedire magnā vtilitatē ecclie. facit. c. j. de his q̄ si. a ma. par. ca. et ad p̄mū dicitū hosti. adde quod no. Pau. in. de. ne in agro. s. ad hec d̄ sta. reg. vbi dicit ep̄m nō posse beneficiū patronatū venire sine cōsensu patroni. facit. d. c. monasteriū. aut nō cōstat de fundatōe alteri^o. et tūc si bona ep̄i et capli s̄ cōia nō possunt supprimere. qd ep̄s auctorizaret in facto p̄prio. sed dic qd tunc recurri ad archiep̄m vel ad papā. facit qd no. in. de. ij. de re. ec. nō alie. et intellige qd sup̄ssio venit in eozum fauorē. Si bona eoz s̄t diuisa tūc p̄t caplm cū auctoritate ep̄i supprimē dignitatē si subest legitima cā ar. c. si v̄nire de excessi. pla. p̄dicta p̄cedunt nisi p̄firmatio pape cū clausula decreti obstat fm̄ p̄dicta. nō ob. p̄dictis. c. si. d. x. sig. vbi in diminutiōne fuit recursus ad papā. qd volūtate ibi cessauerūt vel forte ep̄s et capitulū nō p̄cordabāt. eodē mō dic ad. c. cū olim de p̄sue. vbi videt p̄bari qd in creanda dignitate est recurrēdū ad papā. et p̄ h̄ habes materiā glo. declaratā. **¶** In glo. pe. in. fi. ex sine gl. habes quinque opiniones qualiter perdat p̄uilegium. et vltra glo. ponunt alie m̄te opi. vnde in hac mate-

ria tot sunt opi. quot sunt capita per que discurrat
ista materia Sed mihi placet distinctio Jo. an. ali-
qbus additis. quia aut querit de rescripto delega-
torio iurisdicōis q̄to tpe p̄dā. et dic vt dicef. in. c.
si aut. et c. plerūq. j. d. refer. et est tex. no. in. l. falso.
C. de diuer. referi. et ibi maxime p̄ Bal. aut q̄rit d̄ p̄-
uilegio. et tūc aut h̄z tps annexū et standū est tpi de
terminato. vt in. l. quōtiēs. C. d̄ p̄ci. impe. offe. qd̄
intelligo nisi p̄ueniat ante tps. quo casu dicendūz
vt. j. dicā. q̄siq̄ p̄uilegiū habz in se cāz tacitā vel ex-
p̄ssā et ea cessante cesset p̄uilegiū. pone exēplūz
in. c. suggestū. de deci. melius in. l. generalr. C. de
epi. et cleric. canonizata. xvj. q. j. aut sumus extra
istos casus. et tunc aut p̄uilegiū p̄cedit circa iudē-
cia aut circa negocia. // **Primo casu.** aut ad agēdū
aut ad excipiendū. si ad agēdū durat t̄to tpe q̄to
durat actio. vt in. l. si eū. §. q̄ iniuriar. ff. si quis cau.
Si vero daf ad excipiendū tūc est p̄petuū. vt in. l.
pure. ff. de doli. excep. nisi deprehendat in culpa i
nō excipiendū tpe quo agit p̄tra eū. ar. in. l. pom-
ponius. §. rati. ff. de p̄cura. // **Secdo casu** princi-
pali aut p̄uilegiū daf ad aliquid faciendū et p̄dis-
spatio. x. anoz si p̄uilegiat eo nō vtiē. vt in. l. j. ff.
de nūdi. vbi dicit q̄ si p̄nceps cōcedit ciuitati p̄uile-
giū nundinar. et ciuitas nō vtiē eo p̄ decennium
illud p̄dit. et hoc dicit Bar. q̄ si p̄nceps det p̄uile-
giū studio generali quo ciuitas nō vtiē p̄ decen-
nium illud p̄dit. hoc tū nō p̄cedit si p̄ferē ecclie vt
j. dicam. Aut daf ad nō faciendū. et si aliquid refer-
uauit sibi p̄nceps nō p̄t p̄uilegiat illi renūci-
are nisi quatenus p̄riculariter eū t̄git. vt in. c. cū tpe
de arbi. Aut p̄nceps nihil referuauit sibi. et tunc
aut fuit p̄cessum p̄sone p̄uate aut cōi vel ecclie. p̄-
mo casu p̄dis p̄ vnicā p̄trauentōem. et intellige si di-
recte obuiat illi p̄uilegio. et iste est casus huius. c. et
optime facit. l. ij. C. de iu. do. impet. et vide oio qd̄
no. Bar. in. l. j. ff. de his qui in p̄ioz. vbi videtur
velle q̄ p̄uilegiatus ne soluat p̄stantias si sponte
semel soluit p̄iudicat sibi in futurū nisi fuerit p̄-
staus vt ibi. et no. hoc vltimū de p̄stauione. Itēz
pondera quod dixi si directe obuiat. q̄ secus si non
directe. vnde si quis h̄z p̄uilegiū generale ne sub-
eat aliqua munera publica vel honores et sponte
acceptauit vnū nō p̄iudicat sibi in alijs nec etiam i
illo si denuo eligat ad illud. vt in. l. voluntarie. C.
de excu. tu. nisi acceptauerit decurionatū. q̄ ex il-
lo officio assumit ad alia officia idō acceptādo illō
videt sibi p̄iudicare. ar. c. trāslato. §. eo. // **Secdo**
casu nō p̄dis nisi legitimo tpe p̄scribat. et iste est ca-
sus. in. c. si de terra. et c. accedentib. de p̄uile. et
est ratio. quia singulares p̄sone nō possunt p̄tra-
uentionē eoz renūciare p̄uilegio cōcesso ecclie
ideo spectat legitima p̄scriptio. Et p̄ hoc dico q̄ at-
tenta ratione est faciēda d̄tia an p̄cedat p̄uato an
ecclie. q̄ p̄uentionē p̄dis p̄uilegiū ex tacitā renū-
ciatione. Ideo debem. p̄siderare an et q̄si p̄uentio
inducit renūciationē validā. nā in p̄uato quel-
bet directa p̄trauentio inducit renūciationēz vali-
dam. ar. c. cū renūciat. xxxij. q. j. quia cōplectit cō-
trarium. p̄ in ecclia nō p̄t inducere illā renūciatōz

nem validā. q̄ sicut exp̄sse nō p̄nt canonici renū-
ciare p̄uilegio cōcesso ecclie ita nec tacite. vt no.
Inno. in. d. c. accedentib. ideo in ecclia spectat tē-
pus legitimū. vnde idē dicendū in alio qui ex p̄ue-
ntione nō posset renūciare p̄uilegio. Et ex his in-
fertur ad limitationē huius. c. q̄ si istud p̄uilegiūz
respexisset vtilitatē ecclie ista vnicā p̄trauentio p̄u-
dicasset canonicis respectu vtilitatis eoz d̄tarat.
sed respectu vtilitatis ecclie possent allegare p̄-
uilegiū nō esse sublatū. vt no. vult Inno. i. d. c. ac-
cedentibus. et p̄bat rōne p̄dicta. Idē dic vbi p̄-
uilegiū daf respectu pluriū p̄sonaz vel pluriū rez
quia licet q̄s p̄trauentiat in vno nō censet renūci-
are respectu alterius. sic videt velle tex. no. in. l. vo-
luntarie. C. de excu. tu. et ibi videas p̄ Ly. plene d̄
hac materia. et hec vt dixi sufficiat ad q̄ndā instru-
cionē materie. quia longissimū esset p̄ singlas cās
cōplecti. vt dicit hic glo. in fi. et bene. Et p̄ p̄dicta di-
cerem q̄ vbi canonici possent renūciare p̄uilegio
ecclie indulto p̄ vnicā p̄trauentionē directā p̄dere-
tur p̄uilegiū. q̄ vt dixi p̄uentio p̄derat ad inferen-
dā tacitā renūciationē. et nō est d̄tia regularit an
aliquid fiat exp̄sse vt tacite. ar. i. l. cū quid. ff. si cer-
pe. et in. d. c. cū apud.

Um. R. habet materiā plūz et
subtilē. et hoc dicit i sum-
ma. Si caplm p̄tra suā p̄stitutionē de cer-
to canonicoz nūero aliquos recipit i canonicos d̄
supercrecentibus fructib. eis p̄uidere tenet. vel
aliter ad idem. Itō obstāte certo canonicoz nume-
ro etiam p̄ papā p̄firmato p̄uidendūz est receptis
vltia nūez de supercrecentibus fructibus maxie si
voluntarie p̄ canonicos fuerūt recepti. diuidit in
tres pres. In p̄ma ponit allegatio p̄. A. et socijs.
In scda p̄ capitulo ibi rez. In tertia diffinitio ibi
mādam. // **Mo p̄mo** vnā legitimā cām restringē-
di nūez p̄bendaz et canonicoz. q̄n. s. redditus p̄-
bendaz nō sufficiūt ad sustentandū p̄grue canoni-
cos. nam tot sunt instituendi in ecclia quot possint
p̄grue viuere ex redditib. illi. vt in. c. j. de insti-
t. c. vnicō. d̄ sta. regu. li. vj. et puto. per ea que dixi
s. c. pri. q̄ ep̄s cū caplo p̄nt nūez antiquū restringē-
re p̄lib. p̄bēdis p̄stituēdo pauiores. tēdit. n. i. dede-
cus ecclie q̄ canonici q̄ p̄stituūt vnū cor. p̄ cū caplo
nō possint ex reddinb. p̄grue sustentari. // **Mo. se-**
cundo ibi p̄ antiquā p̄suetudinē q̄ valet statutum
capli p̄uate vtilitatē nutritiuū p̄ antiquā p̄suetudiez
fauentē vtilitatē publicā et sp̄ualē. qd̄ intellige quan-
do subest rōnabilis causa sic statuēdi vt h̄ erat. Et
sic no. generalr. q̄ p̄ antiquā p̄suetudinē ecclie po-
test ex causa rōnabili fieri nouū statutū. facit rō. c.
nō dz in p̄n. j. de p̄san. et affi. // **Mo. tertio** q̄ potest
quis recipi in canonicū absq̄ p̄benda. potest ergo
ius canonicū existere sine p̄benda nō tū d̄nt mul-
ti sic recipi ne tendat in dedecus ecclie. et vide ad h̄
bo. glo. et quod ibi dixi in. c. dilect. filius. j. de p̄bē.
// **Quarto** no. ibi ad instantiā. et ibi ad p̄ces. q̄ te-
net collatio b̄sificij facta ad instantiā vel p̄ces alicu-
ius. et intellige nō de p̄cibus carnalibus s̄ d̄ iust. et
sp̄ualibus. de quo vide bo. glo. in. c. tuā d̄ eta. et q̄.

2. j. q. j. c. sunt nonnulli. ¶ **¶** No. quanto q' licite caplm
 ultra p'bedas distinctas p' singlos canonicos pos-
 sider bona coia que dicunt de m'ca ipi' capli. na' ex
 illis substituet caplm onera comunia. It' solet di-
 uidere fructus illoz bonoz in fine anni inter ipos
 canonicos. It' deputare p' distributomb' quoti-
 dianis. 7 de his vide bo. glo. in. c. unico. de de. no
 res. li. vi. ¶ **¶** It' no. 7 tene menti q' in p'stituoe de
 certo numero etiā p' papa p'firmato intelligit' clausu-
 la nisi redditus ecclie intaru' crescāt q' plurib' suffi-
 ciant. Ex hoc inferit' q' augmētatis facultatibus ec-
 clesie dz numer' canonicoz augmētari 7 sic antiq'
 p'stitutio tolli. ¶ **¶** No. ibi sicut p'suevit. 7 tene mēti
 q' clausula solita apponi de stilo curie dz subintelli-
 gi si causa nō fuit exp'ssa. sic dicimus in p'tractibus
 ut videant' geri fm' p'suetudinē loci licet hoc nō ex-
 p'maf i p'tractu. ad h. l. qd' si nolit. q' assidua. ff. de
 edi. edic. no. Bar. in. l. nemo est. qui nesciat. ff. de
 du. re. vbi p' h' dictū dicit q' si in loco studij docto-
 res solēt q'q' legere p' substitutos intelligit' tacite
 h' in p'tractu p'ductō s' exp'ssum ut possit fm' cōsue-
 tudinē legere p' substitutū. 7 fac' ad p'dicta bo. tex.
 in. c. cam' q. j. de rescri. vbi clausula solita apponi in
 certo loco si trāspōnit' p'ra ius intelligitur inserta
 in loco suo 7 est tex. no. ¶ **¶** No. ibi in derogationē
 sue p'stitutōis. q' statuētēs p'sit venire p'stitutōez
 p'p'riā lz fuerit p'firmata p' supiorē. 7 lz p'tineat talez
 materiā q' sine supiore statutu' nō valisset. qd' est
 no. 7 limita fm' ea q' dixi. s. c. pxi. ¶ **¶** It' no. ibi cuz
 integritate. q' vbi numer' canonicoz venit ex cau-
 sa ampliand' nō p'fundū p'bende antique sed eis
 in sua integritate remanētibus ex alijs reddib'
 cōstituunt' noue p'bende. ¶ **¶** It' nota ibi pares. q'
 oēs p'bende tpe institutōis b' bēt esse pares. vñ p'
 bende successor' vel nouite: instituentoz nō dnt
 esse minoris valoris q' p'bende antiquoz. ¶ **¶** Item
 no. quid faciendū de reddib' ecclie super excessen-
 tib'. dnt. n. deputari p' canonicis nouiter receptis
 seu fieri ex illis nouas p'bendas vel p'ueni ad aliā
 vtilitatē ecclie. ¶ **¶** In glo. j. ibi haberet mandatum
 vult ergo glo. dicere q' iste. Ab. fuit admissus pro
 alijs nouis cōcanonicis ad agenduz ex duplici ca-
 pite. primo q' habebat mādātū. 7 h' p'z in antiqua
 scōo q' erāt p'fortes eiusdē litis. It'ay speciale est in
 p'forte ut quēadmodū p'iuicta p'sona pōt agere pro
 p'iuicta sine mādato p'stando cautionē q' d'is ha-
 bebūt ratū. ut in. l. sed 7 hec. ff. de pecu. 7 i. c. nonnul-
 li. j. de rescri. ita p'fortes eiusdē litis pōt agere p' con-
 sorte sine mādato p'stata tamē prius satisfactōe nō
 tñ admittit' nisi p'mo cū oib' fuerit lis p'estata. ut i
 l. ij. C. de p'for. ciuf. li. 7 istud p'fortiū p'rabit' ex cō-
 munitate cause 7 litis. vñ no. in. l. si petitor. ff. de iu-
 di. vide qd' le. 7 no. in. c. religiosus. de pecu. nō tñ
 admittit' p'iuicta p'sona ad ea que requirūt speciale
 mādātū. l. patri. 7. l. illud. ff. de mino. 7 t'bo alibi dī-
 cit gl. no. q' p'iuicta p'sona nō pōt petē solutionē sibi
 fieri lz possit agere ut soluat'. q' in solutione debiti
 recipiendū requirit' spāle mādātū. adeo q' etiā pa-
 tri nō pōt solui. ut est glo. no. quā sequit' ibi Bar. l.
 l. do pcuratori. ff. de soluti. videē pulcher tex. in. l.

qui hoicm. s. si gener. ff. e. ti. qd' no. ¶ **¶** Scdm spe-
 ciale in p'forte eiusdē litis est ut possit peti cautio a
 cōsorte etiā post litē p'estatā. ut in. d. l. ij. 7 rō est qz
 p'fortes nō admittit' p' p'forte nisi post litē p'estatā ut
 s. dixi. vnde de nouo orta est hec exceptio. certum
 aut' est q' dilatoria p'petēs p' litē p'estatā pōt p'po-
 ni nō obstātē lit. p'esta. ut in. c. insinuāte. j. de offi.
 dele. vbi de h' dicit tñ hec gl. q' hec causa p'prie nō
 erat cōis. qz quilibet habebat ius distinctū 7 sepa-
 ratū. vñ. Ab. fuit admissus p' alijs qz habebat mād-
 datū. s'is nō fuisset admissus. ¶ **¶** No. semp' hoc vi-
 ctū q' canonicus nō admittit' ad agendū sine man-
 dato p' canonico licet spūali sit p'iuicta p'sona. in-
 telligit' ergo in. c. de p'iuictis rōne sanguinis
 optime facit. x. j. de pecu. 7. c. cū dilectus. de offi. de
 le. dicit in. c. nonnulli. de rescri. pōt tñ dici q' isti erāt
 p'fortes rōne rei quā s' p'petebant. ut videē velle
 post glo. do. An. 7 mcl' rōe sta. uti qd' cōiter isti im-
 pugnat' 7 rōne defensōis capli. 7 quilibet intel-
 lectus est bon' in se. 7 de istis satisfactōib' vide qd'
 no. in. c. j. 7 in. c. mādato. j. de pecu. ¶ **¶** In glo. ij. f.
 si. ex glo. hēs tres solutōes ad p'raritū. prima q' al-
 legatio nō fuit p'bara. quasi dicat q' si duo recipe-
 rent ad vnā p'bendā nō valeret receptio. p' h. c. di-
 lecto. j. de p'ben. 7 hec solutio bona. Scda solutio
 q' caplm nō poterat hoc allegare quia detegebat
 turpitudinē p'p'riā. hec so. nō placet. quia vbi vñ
 tur periculū animaz admittit' q's allegās turpitu-
 dinē suā. ut. c. latoz. 7. c. p' sanguinei. de re iudi. dī-
 xi plene in. c. cū causam. de p'ben. 7 dic' ut ibi. Ter-
 tia so. q' vacante p'benda fuerunt recepti duo non
 tñ ad eandē p'bendam. Vel quarto fm' Jo. an. dic'
 ad eam. i. ad ecclesiam. 7 sic est simplex relatio. Et
 qnto fm' do. An. si canonici recipiūt duos ad vnā
 p'bendā animo diuidendi illā p'bendam tenet rece-
 ptio. nā ex cā pōt fieri diuisio. ut in. c. vacante. j. de
 p'ben. 7 in dubio p'sumit' anim' si reddid' sufficiūt
 ad duos fm' eū. hec solu. licet posset tolerari qñ ex-
 p'sse sit diuisio p'bende. secus tñ qñ tacite. qz cū p're-
 benda p'sistat in rebus corporalibus optet q' interue-
 niat diuisio actualis. nō est sufficit' anim' ad diuisi-
 onē licet secus sit in creatōe canonicat'. ut no. In-
 no. in. c. maioribus. de p'ben. facit qd' no. glo. in. l.
 qd' in rex natura. ff. dele. j. 7. l. si q's duas. ff. cōia p'
 dio. tene ergo p'mā solu. vel tertiā seu quartā. Cui
 aut' debeaf tunc p'benda. instant doct. conclusio ma-
 gis cōis videē q' debeaf primo recepto. ut in. c. sta-
 tuimus. de ma. 7 obe. 7 si simul sunt recepti locus
 est gratificationi. ut. in. c. pe. de rescri. li. vi. ¶ **¶** In
 glo. in. d. sine p'iuicio. ibi p' p'raritū factū. Ex hoc
 habes vnā solutionē ad p'raritū q' p'estatio cano-
 nicoz nō p'fuit hic. qz fuit sublata p' p'raritū factuz
 scz recipiēdo illos in canonicos. ad h' quotidie alle-
 gatur iste tex. iūcta glo. q' p' p'raritū factum tollitur
 p'estatō. do. An. dic' 7 bene q' corrupte ad h' alle-
 gatur iste tex. quia p'estatio nō erat p'rararia factō.
 nam canonici receperunt illos in canonicos. 7 vole-
 bāt eos esse canonicos. nec p'estatō repugnabat
 sed vniebat ad tollendū ius p'secutiū ad factum
 gestum. nam canonici debent de iure habere p'bē-

dam saltē ex redditib⁹ supererescētib⁹. vt. c. rela-
tū d̄ pben. ad h̄ ius p̄secutiū tollēdū tēdebat ista
p̄statio. vñ colligit q̄ p̄statio tendens ad tollē-
dum ius qd̄ venit p̄secutiue ad factū ex iur̄ dispo-
sitiōe nō valet seu tollit p̄ explicatiōe act⁹. ¶ Con-
tra h̄ oppo. d̄. l. p̄ seruū. ff. d̄ vsu ⁊ habi. §. j. vbi ter.
no. videt̄ innuere p̄trariū. si em̄ testator legat vsu-
fructū alicui⁹ rei sine vsu nō valet legatum. qz vsu
fruct⁹ nō est sine vsu. ita receptio debebat hic inua-
lidari ex quo tollebat substantia negocij. So. hec
materia p̄statiōis est multū plura ⁊ piculosa. et si
vis plene instrui ⁊ fundamētaliter vide p̄ Jo. an.
post Jo. mo. in regula in generali de regu. iur. in
mer. ⁊ p̄ Bar. in. l. non solū. §. morte. ff. d̄ ope. no.
nū. Do. An. tractat aliqua hic sed non ita plene vt
tangā in p̄dictis locis. Attingā succicte nō ad eua-
cuandū materiā s̄ p̄ aliqua generali instructione
saltē quo ad declarandū articulū huius. c. vñ dicē-
dum q̄ aliqui p̄statio venit ad tollendū id qd̄ ve-
nit p̄secutiue ad factū. pone exemplū vt. s̄. quōs p̄-
statio est p̄traria factio. ⁊ d̄ p̄traria quādo factū
⁊ p̄statio se nō cōpatiunt sed sunt oīno p̄traria.
exemplum si p̄stator q̄ nō intēdo p̄trahere matri-
moniū cū berta ⁊ tñ postea de facto p̄trahō cū illa.
quōs p̄statio venit ad declarandū factū mltiplici-
ter intelligibile ⁊ ad dandū intellectū s̄ eōdem intel-
ligētiā. ¶ Circa primū distinguit h̄ do. An. quia
aut p̄statio fit sup̄ dependētib⁹ a mera facultate
p̄stantis ⁊ valet p̄statio. vt. d̄. l. p̄ seruū. ⁊ pone
exemplū vt. s̄. Aut p̄statio fit sup̄ dependentib⁹
a p̄sensu ⁊ potestate duoz. s̄. p̄stantis ⁊ alterius
tūc si fit sine p̄sensu p̄tis tollit p̄statio p̄ explicatiō-
nem alteri⁹ actus. quia qui vult ascendēs vult ⁊ cō-
sequēs. nec possuz ego p̄stari in p̄iudiciū alteri⁹
sine p̄sensu illi⁹. ad h̄ quod no. in. c. si. de p̄di. app.
Aut habet p̄sensu p̄ns ⁊ valet p̄statio vt ibi no.
allegat etiā. c. diaconi. xxviii. di. vbi. ter. dic̄ q̄ si or-
dinād⁹ in diaconū p̄stet ep̄o q̄ nō vult p̄tinere s̄
vxoze ducere ⁊ ep̄s cōsensit si ordinat⁹ postea du-
cat vxoze remanet in ministerio ⁊ excusatur p̄pter
ep̄i lniām. ⁊ sic videt̄ innuere do. An. q̄ teneat m̄fi-
moniū qd̄ nō puto vey. ⁊ Archi. ibi exp̄sse tenet cō-
trariū. sed ponderat̄ ibi ep̄i lniā q̄ ad hoc. vt diaconus
non deponat p̄pter delictū. vnde non dicit
ibi ter. q̄ remaneat in matrimonio sed in ministe-
rio. ¶ Item tenēdo p̄trarium sequeret̄ absurdū
q̄ ep̄s posset dare lniām p̄stitutis in sacris p̄trahē-
di m̄fimoniū. ⁊ dic̄ q̄ solū ibi valet p̄statio respec-
tu pene depositionis euitande. pone exemplū i
c. cumana. de elec. vbi si habens vocem admitti-
tur ad electionem cuz p̄statiōe q̄ vox sua non
cōputet̄ in nūero. si p̄sentit p̄statiōi fit ei p̄iudi-
ciū. ¶ Quōs fit p̄statio in nō depēdentib⁹ a pote-
state p̄nuz sed ex iuris dispositione ⁊ nō valet pro-
statio. ⁊ isto casu intellige istū ter. n̄az non depen-
det a potestate canonicoz vt quis sit canonicus si-
ne p̄bēda v̄l vt nō p̄uideat̄ receptis ex supererescē-
tib⁹ redditib⁹ sed puenit ex iuris dispōne. idō p̄-
statio in p̄trariū nō valet. hoc dictū videt̄ ipsa ve-
ritas p̄ima fronte. sed bene pōderādo multiplicat̄

potest impugnari. nā ius nō impugnat vt quis sit
canonicus sine p̄bēda si als pōt sustērari. immo
laudabilē. hoc vult Inno apte in. c. si. de cleri. nō re-
si. ⁊ ad idē ter. c. setōz. lxx. di. vbi d̄ q̄ nō d̄z q̄s eē
canonic⁹ p̄bēdat⁹ i diuisis ecclesijs q̄si inuat q̄ i di-
uisis ecclesijs possit p̄les canonicar⁹ h̄fe. qz vñle ē eccle-
sijs habere plures p̄siliarios ⁊ defensores. ar. lxxij.
di. obeuntib⁹. vnde pōt quis bona mente renūcere
p̄bēdam ⁊ acceptare canonicatus. nec ius in h̄ re-
sistit dūmō cesset oīs fraus. ⁊ sic p̄statio debuiss̄
hic valere. qz dependebat a voluntate ipsaz p̄nuz
¶ Circa h̄ tñ aduerte ad aliquos casus. aut em̄ fit
pactū inter recipiendū ⁊ capitulū vt nihil possit pe-
ti ita q̄ iste ex cupiditate acquirendi canonicatū re-
nunciat iuri petendi p̄bēdā ⁊ nō valet receptio
in canonicū tanq̄ symoniaca. qz remittit ius t̄pale
sibi p̄petens vt adipiscat̄ sp̄uale. vt est casus in s̄si
in. c. p̄tuas. iij. de symo. ita q̄ hoc casu dicerē hūc
ter. nō habere locū. qz inficeret̄ ex toto act⁹. aut p̄-
statio fit bono aīo. qz recipiendus h̄z vnde viuat
⁊ nō ex cupiditate p̄cessit. ⁊ tūc credo q̄ possit reci-
pi cū h̄ q̄ nō petat p̄bēdā illo t̄pe p̄ ea que. s̄. dicit.
Ad istū ter. potest r̄nderi multipliciter q̄ canonicū
nouiter recepti nō p̄senserūt huic p̄statiōi. nec
apparet ex ter. id̄ cū iste actus dependeret a facul-
tate vtriusq̄ nō valet p̄statio nisi ps p̄senserit. vt
no. glo. in. c. cumana. alle. videt̄ ter. fm̄ vñū intel-
lectū in. l. cū in plures. in. §. locatoz. ff. loca. tenet
Bar. in. d̄. §. morte. Item potest sc̄do iste ter. intel-
ligi q̄ p̄statio fuit facta respectu p̄bēdaz antiq̄-
rum vel respectu bonoz cōiūm tūc ex̄mū. ⁊ ita lo-
quitur ter. nūc aut̄ petebat̄ redditus ex postfacto
crescētes. vt clare colligit̄ ex p̄ma p̄te. c. ergo nō ve-
niebant in aliq̄ p̄tra illā p̄statiōez. qz p̄statio nō
extēdit̄ ad futura verisim̄ nō cogitata. ar. c. cuz int̄
p̄. de renū. maxie cū isti reddi⁹ supererescētes
habent hanc clausulā annexā vt p̄uideat̄ nouis
ex dispositione iuris. ⁊ p̄ has duas expositiōes re-
manet clar⁹ ⁊ plan⁹ intellect⁹ ter. ⁊ hoc quo ad p̄i-
mū. ¶ Clenio ad sc̄dm. l. quid iuris cū factū subse-
quens est p̄trariū p̄statiōi. ⁊ distinguit vt. s̄. qz
aut fit p̄statio in dependētib⁹ a mera p̄tate p̄-
stantis. ⁊ valet p̄statio. exemplū si p̄nuz p̄stator
q̄ nō intēdo aliquid dicere p̄tra fidē si postmodū
dico aliquid p̄tra fidem defendit me p̄statio vt
xxiiij. q. j. hec est fides. Itē pone exemplū in testa-
toze qui dicit cui bis legauero semel legatū esse vo-
lo. si postea bis legatū valet nisi vt vñū legatū. vt
l. si quis in p̄n. ff. de le. iij. Item facit. d̄. l. per fuuz
aut act⁹ p̄det a voluntate p̄stantis ⁊ alteri⁹. tunc
si ille p̄sentit p̄statiōi iuuat p̄statio. vt. d̄. c. cu-
mana. ⁊ qd̄ no. in. c. si. j. de p̄di. appo. aut ille nō cō-
sentit ⁊ tunc si p̄statio fit ex causa probabili tenet
p̄statio. exemplū infertur mihi mer⁹ vt p̄trahā
matrimoniū cū berta. si p̄stator q̄ nō intēdo con-
trahere licet p̄ metu exp̄mā verba apta ad matri-
moniū nihilomin⁹ valet p̄statio facta in p̄trariū
vt in. c. lotharius. xxxj. q. ij. ⁊. c. j. quod me. causa.
si aut̄ nō subest iusta causa p̄statiōi tollit p̄statiō
p̄trariū factū. nā quēadmodū p̄diuo mente retē-

ta non pdest ex quo pure p̄traxit cū aliqua. vt. l. si non repetendi. C. de p̄di. ob cam. ita et p̄statō facta parte ignorante nō d̄ p̄desse ex quo postea pure gerit actū cū p̄te. Ex quo infer̄ ad q̄d̄nem quotidianā. quidā ad instantiā amici dixit se velle fidei iubere p̄ illo. ille postea corā testibus p̄stat̄ est q̄ p̄ illam fidei iussione nōlebat obligari. deinde fidei iussit. pen̄ apud creditores. Lerte p̄statō tollit tunc p̄trariū factum cui creditor nō p̄sensit. et voluit Bar. in. l. nō solū. §. morte. ff. de no. ope. nū. Quis p̄statō sit sup̄ actu in quo ius facit p̄sumptionē iuris et de iure. et p̄statō tollit illā p̄sup̄tionem. pone exemplū ius p̄sumit q̄ si sp̄sus cognoscit sponsam de futuro imediate p̄trahit matrimonio de presenti in. c. is qui. de spon. pone q̄ sponsus p̄stet q̄ nō intendit eaz cognoscere aīo p̄trahendi matrimoniū et mulier p̄sentit nunqd̄ p̄statō tollit p̄trariū factū subsequētes. In quo dico q̄ vbi cessaret turpitudine valeret p̄statō ex q̄ p̄ in cui⁹ fauorē ius p̄sumit cōsensit p̄statōni. h̄ p̄bo ar. eo. que no. in auē. sed iam necesse. C. de dona. aīi nup. vbi dicit Ly. et cōiter iuriste q̄ p̄tra p̄sup̄tionē iuris et de iure admittit p̄batio p̄ p̄fessioez illius in cuius fauorē ius p̄sumit. et dicit in. d. c. is qui. si ergo ex postfacto tollit p̄sumptio iuris p̄ cōfessionē partis multo fortius vbi apparet de voluntate ante factū. facit q̄d̄ no. In. in. c. q̄ pleriq̄. d̄ simu. cc. sed vbi turpitudine x̄fact̄ in p̄statōne. vt in exemplo p̄misso valet p̄statō. dictum est nos. Inno. in. c. veniens de sp̄o. et hec breuissime q̄ ad scdm. sed vbi non versatur turpitudine non valet p̄statō. vt per Jo. an. in. c. veniens. de simo.

Quo ad vltimū quādo p̄statō venit ad damd̄ certū intellectū factū multipliciter intelligibili et non tollit p̄ factū sequens licet prima fr̄ore videat̄ p̄trariū sed d̄ intelligi fm̄ p̄statōne p̄stantis. et intelligo q̄n̄ p̄statō est facta in p̄ntia illius cui⁹ interesse verit̄. exemplū ex̄tis corā iudice recepto libello dicit q̄ r̄idere vult nō t̄si animo lit. p̄te. hec p̄statō p̄dest vt voluit hic Inno. et ad h̄ allegat̄ quotidie dictū Inno. et idē voluit in. c. unico. d̄. lit. p̄te. sequit̄ Bar. in. d. §. morte. nā ad libellū potest responderi multipliciter et aīo lit. cōr. et aīo iudicē informandi. vnde ex quo p̄stat̄ fm̄ vnum intellectum nō d̄ intelligi fm̄ aliū h̄ aliū sit magis cōis facit. l. nenseniū. ff. de ne. gest. ad idē adde dictū Inno. in. c. cum ana. de elec. in addi. vbi dicit q̄ si pars dicat in p̄ntia iudicis p̄stet q̄ nō intēdo cōsentire in vos tanq̄ in iudicē p̄petentes. et hac p̄statōne salua dico sic q̄ valet talis p̄statō nec tollitur p̄ x̄ba subsequētia. vñ iudex potest illū condemnare vt p̄tumacē. q̄ nō dicit cōparere ex quo p̄statatur q̄ non intendit cōsentire vt in iudicē. et iō sis cautus vt addas in p̄statōne ista x̄ba nisi q̄ tenus de iure teneo: tūc em̄ defendit a p̄tumacia.

Ite aduerte q̄ h̄ casu et similib⁹ p̄statō iuuat q̄n̄ p̄curr̄ cū facto. vnde si repetat̄ in quolibet facto tollit p̄statō p̄ factū pure gestum. exemplū coram iudice et recepto libello respondeo cū p̄statōne q̄ nō intēdo cōsentire in cū tanq̄ in

iudicem cōpetentē. si postea facio aliquos act⁹ coram eo et non repeto p̄statōne tollit prima p̄statō facta coram eo. et de hoc est tex. no. fm̄ vnu intellectum in. d. l. cum in plures. §. locator. ff. loca. tenet Bar. i. d. §. morte. et Jo. an. hic. quod intelligo q̄n̄ pars habuit liberā facultatē p̄statōdi. si si p̄pter iustū metū iudicis q̄ timuit eius tyrannidem nō fuit ausus totiens replicare credo q̄ p̄ma p̄statō sufficit quo ad totā cam donec cessauerit metus. argu. opti. c. i. quod me. cau. et in. c. si iust⁹ metus. de appell. et h̄ sufficit quo ad intellectū. c. et glo. In ea. glo. ibi p̄t̄ dicit ex hac particula vsq̄ ad finem. colligit vna so. ad h̄ium p̄missum q̄ p̄statō hic p̄fuit respectu antiquaz p̄bendaz et respectu bonoz cōium. nā solū p̄uidet istis ex super crescentibus fructibus et reddib⁹ quasi glo. innuat q̄ cessante p̄statōne isti recepti vltra numerū debuissent habere p̄tes ex antiquis p̄bendis. quasi ex receptione vltra numerū frangat nedum nūerus canonicoz sed etiā p̄bendaz. sed hoc dictū nō placet. et apte gl. j. in. d̄. integritatis in fi. dicit p̄riū vt nō frangat nūerus p̄bendaz h̄ canonicoz t̄m. et illud est cōius et verius. et p̄bati videt in. c. p̄ illorū. de p̄ben. et ibi in glo. si. hoc tenet exp̄sse quā no. ad idem facit. c. dilectus fili⁹. e. n. Ex his infer̄ ad q̄stionē quotidianā. an supercrescentia reddituum frangat numerū p̄bendaz ip̄o iure. et videt q̄ sic p̄pter p̄ditionē sb̄intellectā. de qua in tex. et circa h̄ multa possent dici. si vera p̄clusio videt vt non frangat ip̄o iure p. c. si. de x̄. sig. sed est in potestate r̄pendi. sic intellige conditionē illā d̄ qua in tex. In tot sunt instituendi in ecclesia quot ex reddib⁹ ei⁹ p̄t̄ sustentari. vt in. c. j. de insti. et si aliq̄ sūt recepti vltra numerū d̄ numerus p̄bendaz augmētari ex supercrescentia reddituum nō t̄si antique p̄bende confundunt sed accrescentibus fructibus creant̄ noue p̄bende pares cū antiquis. et de hoc est tex. no. hic et alibi nō ita bene p̄bat. In glo. in. d̄. in canonicos. no. primo ex ista glo. q̄ laicus p̄t̄ h̄re p̄bendam in ecclesia sed nō canoniā. quasi velit glo. q̄ canonia sit ius sp̄uale pueniens eo ip̄so q̄ aliq̄ recipit in canonicū. p̄benda x̄o est quid temporale debita canonico rōne officij et canonic. Lōtra h̄ oponit de. c. dilecto de p̄ben. vbi p̄benda appellatur ius sp̄uale et in diuiduū. So. intellige illū tex. quando p̄benda habet annexū canonicatū. vnde ratione canonic dicit̄ ius spirituale. istaz glo. intelligo quando p̄benda est per se p̄sistens in mera tēporalitate. nam p̄benda singulariter p̄siderata cōsistit in mera temporalitate. q̄ ex bonis temporalibus p̄stituit̄ p̄benda. sic intellige Inno. in. c. maioribus de p̄ben. et ideo dubitat̄ an in ecclesijs regularibus possunt esse p̄ben de seu portiones p̄uilegiate que sunt loco p̄bendaz. de quo vide per Inno. in. c. dilectus. el. ii. de p̄ben. et q̄d̄ ibi dicit. et p̄ Jo. an. in regula nō est obligatorū. de reg. iur. li. vi. in mer. Sc̄do no. ex glo. q̄ licite sunt p̄ laicis in ecclesia p̄bende. et refert Lōpo. hoc seruari in ecclesia sancta A. Martini Carnotēsi. vbi assignant̄ aliq̄ue p̄bende nobilib⁹ ratione paup̄ratis vel alicui⁹

seruitij tpalis. p hoc. c. possessioes. xvj. q. j. vbi ec-
clesia potest pauperi pcedere vsufructu alicui pos-
sessionis. vnde ecclesia dz sua bona cōicare paupi-
bus. xvj. q. j. c. si. dicit etiam hic Lōpo. q. ppter cō-
munionē que est inter p̄bendam z cononia si p̄bē-
da solita p̄ferri canonico p̄fertur clerico videt etiā
collatō canoniceatus. p hoc facit optime. c. trāslato
s. eo. ¶ In glo. in. x. p̄cipere ibi symonia cū fu-
isset. ¶ Ho. bene glo. q. si receptus in canonicū facit
pactū vt nihil omnino petat rōne canonicē cōmitti
tur symonia. sed non p̄batur p̄ tex. quem glo. alle-
gat sed optime facit. c. per tuas. ij. de symo. z de-
clarat vt. s. dixi. ¶ In glo. si. glo. loquit aliq̄ntulū
obscure. sed forte voluit intelligē vt intelligit Inn.
q. canonici fecerunt statutū p se vt recipiendi vltra
numerū nihil p̄cipere de cononia. nam siue sta-
tutum sit bonū siue sit malū non cōmittit symonia
fm eum z bene quia cum nullo sit pactum. nec ex
sola editione statuti v̄ditur aliquid spirituale. q̄
venditio nō p̄sistit sine p̄cio. in. s. p̄ciū. insti. de em-
pti. z ven. Sed si statutū legere tpe receptōis i ca-
nonicū quo cauet vt aliquid def̄ vel p̄mittat z reci-
piendus p̄mitteret obseruare t̄fic bene cōmittere-
tur symonia. q̄d bene nota. nā fm lhosti. sicut cō-
suetudo nō excusat ita nec statutū. j. de symo. veni-
ens. z. c. nō satis. z intellige fm lhosti. q̄n statutū
nutriret priuatum commodum et temporale. sec⁹
si publicum z spūale. et per hoc dictum dicunt hic
docto. canonicos nō excusari si exigunt aliqd tem-
porale a nouiter recipiēdo seu recepto diuidendū
inter eos. secus si venit applicadū alicui operi. pu-
ta p bono fabricē vel alteri vtilitatis ecclesie. h̄ di-
ctum placet mihi rōne p̄suetudinis nō rōe statuti.
allego tex. aptum. j. q. ij. ex multis. vbi tex. quem
nescio alibi dicit nil debere exigī a beneficiādo etiā
vt illud p̄uertat in fabricā vel aliā vtilitatē ecclesie
ne beneficia videant p̄cio p̄cedi. Sed dices tu q̄re
valet pot⁹ p̄suetudo q̄ statuti. dico q̄ statutū non
habet principū volūtariū sed necessitatiuū. z pa-
ria sunt petere exp̄sse vel cū editōe statuti. sed p̄sue-
tudo habuit principū volūtariū. nā ex pietate vel
liberalitate potuerūt recepti nouiter aliquid dare
vtilitati ecclesie applicandū. z ex istis obligatōib⁹
voluntarijs poterit induci laudabilis p̄suetudo. sic i-
telligit tex. no. in. c. ad aplicā. de symo. Et vide q̄d
ibi dixi z tetigi. in. c. iacob. eo. ti. dicit etiā h̄ Inn.
q. si nihil petere vel p̄mittere. sed receptus aliqd
sponte dat canonicis ecclesie nō cōmittit symo. licet
ibi sit statutū aliqd exigens q̄d no. p hoc facit. c. et
si questiones de symo. z. c. p̄sulu. d̄ vsu. z sic vide-
tur q̄ tpe quo quis recipit spūale potest dare spon-
te aliquid tpale. ad q̄d vide tex. no. j. q. j. emendari
¶ In glo. in. x. industriā no. si. glo. z p̄ clarioza x-
ba dicit lhosti. q. si p̄ industriā canonicorū augmētāf
p̄tende q̄d sup̄est cedit eis. sed si bona capituli au-
gmentant potest etiā augmētari p̄bendarū nume-
rus. vt hic. quasi in cōibus redditibus nō referat
vnde pueniat augmentū. Ego credere q̄ etiā ex
p̄benda singulari posset aliquid subtrahi si aliqd
sup̄est ex necessitatibus ip̄ius canonici. vt q̄ p̄ben-

da multū abundat. ratio qz bona p̄bendarū sūt ca-
nonici. z ecclesie. z canonici possident nō iure p̄po-
sed ecclesie. vt. xij. q. j. s. si. c. se. si ergo vna p̄-
benda multū abundat z alia est multū tenuis p̄t
ep̄s cū caplo ex p̄benda abundāti sup̄lere defectū
tenuis. sicut ex bonis vni⁹ ecclesie p̄t sup̄leri alteri
vt in. c. j. de re. eccle. nō alie. li. vj. nec est curandū
de industria canonici qz ad hoc tenebat. ¶ Itē sup-
fluū dz deputari ad piā cām. vt in. d. s. si. ergo si fi-
at deputatio p̄ ep̄m z caplm ad piā causaz mō p̄e-
dicto cōuertit res ad vsū destinatus. ¶ In glo.
in. x. ad p̄bendas. in. si. tene hāc vltimā solutionē
glo. z eam declara vt no. glo. in. c. ij. d̄ p̄ces. p̄ben.
li. vj. Et p̄clude q̄ si p̄mittere canoniceat⁹ vel p̄bē-
da nō valet p̄missio. vt in. c. ij. de p̄ces. p̄ben. S; si
quis de p̄nti recipit in canonicū z p̄mittit sibi d̄ p̄-
rimo vacatura tenet receptio. qz ius canonicē est q̄
situs de p̄nti z debet habere p̄bendā vacaturā nō
ratione p̄missionis sed canonicatus habitū. z iste ē
intellectus h̄. c. ¶ In. gl. in. x. vltra numex. no.
glo. ad quā quotidie fit remissio cum querit an re-
cepti vltra numex debeant habere stallū in choro
vocē in capitulo distributiōes quotidianas z alia
que soliti sunt canonici recipere. z vltra glo. repiunt
alie opiniones varie. Inno. z Lōmpo. de directo
sequunt p̄trariā opi. Distinguit em̄ q̄ aut in loco
est p̄suetudo q̄ canonicus installat tūc ad limites
installationis consequit vocē. si fuerit installatus
in choro habebit ea q̄ sūt chozi. si in caplo habebit
que sunt de caplo. si autē nō subest causa siue con-
suetudo installationis dicūt q̄ coipo q̄ recipit seu
instituit habebit plenū ius canonicē. qz licet tpalia
nō trāferant sine traditōe. vt. l. in traditōib⁹. C.
de pact. secus t̄n in spūalib⁹. p quo vide bo. tex. in
c. si tibi ab̄nti. de p̄ben. li. vj. Jo. an. distinguit int̄
receptum auctoritate superioris z receptum volun-
tate capli. primo casu receptus nihil p̄sequat. sc̄bo
debet habere vocē in caplo z distributiōes z si. Et
sit ratio diuersitatis. qz subuenit ei qui in necessita-
te p̄stitit est. vt in. c. ab arbitris. z ibi glo. d̄ of. de-
le. li. vj. Jo. de lig. hoc impugnat. qz pinguius ius
habent recepti auctoritate pape q̄ capli. vt patet i
c. hi qui. de p̄ben. li. vj. do. de ro. deci. cccliij. al.
ccccliij. dicunt q̄ de p̄suetudine curie approbatū
est q̄ isti recepti vltra numex nihil interim recipiāt
quia nō habent plenū ius. q̄nimo talis canonicat⁹
vacat post collationē p̄bende sibi factam cui est an-
nexus canonicatus. loquunt t̄n de receptis pape
auctoritate. Do. an. distinguit q̄ aut papa mādat
aliquē recipi cū plenitudine iuris canonicat⁹. vt in
c. dilectus filius. de p̄ben. z in. c. p̄posuit. de p̄ces.
p̄ben. quia tunc talis dz habere oia. Aut manda-
uit istū simpliciter recipi vltra nūex. z tunc p̄cedit
opi. glo. aut quis recipit auctoritate capli. z tūc dz
talis omnia iura recipere z p̄sequi ar. h̄. Credo q̄
ista questio. dependeat a decisione alterius questi-
onis an. s. p̄ receptionē vltra numex frangat nu-
merus. nam si nūerus frangitur nō video quare
iste receptus nō debz oia habere licet non habeat
p̄bendam nam habere vocem in capitulo z stal-

lum in choro et distribuciones quotidianas non sunt ita necessaria ad prebendam sed ad canonicatum. nam a principio erant canonici sine prebendis distincti. maxime quoniam ecclesia non habebat temporalia. xij. q. j. c. videntes. et potest quis perfecte esse canonicus absque prebenda ut non. Inno. in. c. si. de. de. non. res. ex. sepatis. et non debet fieri illatio. ut in. c. ij. de. transla. pla. et in. l. papinian. exuli. ff. de. mino. cum ergo ista sunt accessoria ad canonicatum translati canonicatum etiam ista transferunt. ut in. c. translati. s. c. unde ad. proposita. quoniam questionem dicerem quod aut canonici receperunt aliquem simpliciter ultra numerum et frangitur numerus ut patet hic ubi in derogationem sue constitutionis etc. et pro his sic receptus debet habere omnia iura canonica et expectare prebendam ipse suo. nam videmus in regularibus quod ex sola receptione recipiunt ius capitulare et alia que sunt de iure collegii. aut canonici recipiunt aliquem hoc adiecto ut sit supernumerarius. et sic patet quod noluerunt frangere numerum sed quoddam ius extraordinarium dare. et hoc casu procedat glo. quod sic receptus non habet ius integrum sed est quoddam ius preparatorium ad futurum ius integre obtinendum. et per hoc potest instrui quid dicendum cum doct. et ordinarij collegij recipiunt aliquem ultra numerum quale ius habeat in collegio. et an habeat vocem approbandi vel reprobandi doctorandum. si vero ad mandatum pape sit receptio. aut papa scribit ut cum plenitudine iuris canonice recipiat. et serva opi. do. Ant. que in hoc mihi placet. aut simpliciter mandat aliquem recipi et dependet ab illa questione an frangatur numerus. et contra tenetur quod non. ut non. in. d. c. pilloz. et hoc tenendo dicerem istum non habere ius integrum. et hoc casu procederet opi. do. de. rota. nam in dubio non videtur papa derogare numero. sed potest creare quoddam ius esse ordinarij et preparatorij ad integrum ius obtinendum secus dic in recepto auctoritate legati. quod legatus non potest necessitare canonicos ad recipiendum aliquem contra statuta ecclesie et ipsi privilegij. ut est no. i. gl. in. d. c. pilloz. In glo. si. sed contra hoc et contra text. oppo. hic enim non agebant isti canonici actione reali et sic non debebat fieri revocatio ex vitio litigiosum. quod tunc res dicitur litigiosa quoniam dicitur de dominio. de quo dicendum ut habet in auct. litigiosa. C. de. liti. et no. in. c. ecclesia. ut lit. p. nec debebat fieri revocatio propter dependentiam litis. quod pendente lite potest possessor sua possessione uti. id potuit capitulum prebendas et alienare possessiones communes. pro hoc facit quod dixi in. c. ex litteris. de. iu. pa. So. duo sunt principales intellectus ad finem. c. primus est quod hic revocant omnia gesta per alteram partem post quoniam moram coram episcopo ferrariensi. nam hec quod primo fuit attentata coram illo episcopo. et ad contraria respondit in effectu Inno. quod fit revocatio propter perfidiam que notatur in istis canonice antiquis qui cum tenerent pervidere novis transulerunt prebendas seu possessiones in seipos. si autem translatio fuisset facta in alium non fuisset facta ista revocatio. Et no. singu. hoc dictum. est enim novum remedium revocandi attentata lite pendente ubi. s. notatur perfidia in attentante licet cessent alia iuris re-

media. **S**ecundus intellectus est quod hic revocant attentata per partes coram episcopo Ferrara. post lite moram coram papa. et ratio revocationis est defectus potestatis episcopi. nam finem Inno. ex quo papa incepit cognoscere de aliqua causa videtur illam ad se advocare et de manu inferioris tollere. ad hoc. c. ut nostrum. de. ap. postmodum Inno. videtur ab hoc recedere. et dicitur quod requiritur quod papa expresse ad se revocet causam. non enim sufficit quod iure ordinario incipiat de aliqua causa cognoscere. Hosti. dicit non esse deficiam an papa cognoscat de causa vel ad se revocet. quod cognoscendo satis videtur revocare. d. c. ut nostrum. Do. An. dicit quod aut papa ex certa scientia et proprio motu ad se revocat eam vel de ea cognoscit et alteri delegat. et videtur casus eripere ab inferiore ita quod non processus inferiori dummodo iste inferior sit certificatus per quemcumque. quasi secus si iudex inferior non sit de hoc certificatus. all. c. si duobus de appella. aut papa facit ista ad instantiam alterius partis. et tunc opus est quod ista pars excipiat coram inferiore iudice. aliter tenet processus quod papa tenet revocare si et in quantum pars vult illa revocatione uti. all. bo. tex. in. c. audita de resti. spo. fatebitur quod curia non recipit hoc dictum. sed facta revocatione indistincte curia tenet quod processus coram inferiore sit nullus. hec dicta mihi placent propter primum. nam ubi superior revocat motu proprio et ex certa scientia non requiritur ut iudex inferior certificet. ut in. c. j. de co. ces. preben. li. vj. Fatetur tamen quod si aliud attentet in preiudicium ignorantis probabilis ignorantia habet illud excusare. et hoc voluit Inno. in. d. c. j. ubi vide de materia huius revocationis. et ad. c. si duobus. de. appel. dicit quod potestas non erat revocata a superiore ab inferiore. Item super processu contumacie puniri non auctoritate principali. et hec no. quia quotidiana. **Q**uid autem si duo iudices non habentes se ut superior et inferior cognoscunt pariter de una eademque causa an teneat processus coram utroque factus. Inno. dicit quod sic nam ex quo habent ambo iurisdictiones in illa causa imputandum est parti non excipienti si autem preferunt contrarias sententias. Compo. dicit quod non valet secunda lata contra primam nisi pendente appellatione super prima parte esset lata secunda. nam tunc de secunda potest excipi coram iudice appellationis. **N**o. plura ex istis dictis. **P**rimo limitatione ad. l. ubi ceptum ff. de iudi. ut iudicium dicitur finiri ubi est ceptum. dicitur. si excipiat si non excipiat valet processus ab utroque. sic limita. c. ex tenore de rescript. **S**ecundo no. quod sententia non valet etiam in diversis instantiis et coram diversis iudicibus contra opi. Bar. in. l. j. C. quando puo. non est ne. Sed tu dicit de hac materia ut plene no. in. c. inter monasterium de re iudi. **T**ertio no. quod de iure superuenienti post appellationem potest quis expiri ad effectum sequendi sententiam pro se de quo vide quod ple. le. et no. in. c. abbate sane de re iudi. li. vj. et per hoc conclusivum habet materia huius. c. clara. Abbas.

Ecclēsia sancte marie. famo
bo hic materia ultra alios an et quoniam statutus
suz. c. et tracta

laicorum seu lex principis extendatur ad ecclesiā vel ecclesiasticas personas. et communiter sumatur sic. Cause ecclesiarum per constitutiones laicorum diffiniri non debent. Ego generali^o quo ad intellectum summo sic. Statutum generale laicorum ad ecclesias vel ecclesiasticas personas vel earum bona in earum preiudicium non extenditur nec speciale etiam si earum commodum et fauorem concernat. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur duplex diffinitio motuum. In secunda diffinitio. ibi quod a senatore. Et scias qd hoc. c. 7. c. ecclesia sancte marie. j. et ij. vt lit. pen. ponunt idem factus. et vide glo. ibi dem que narrat seriem totius negocij. sed qm pertinet ad materiam huius littere pone sic casus litteralem. Ecclesia sancte marie mouit questione contra Jo. de acheya super quibusdam possessionibus coram iudice seculari pendente lite. iste iohannes conuentus transtulit possessiones petitas in quoddam monasterium. senator romanus coram quo vertebatur questio vigore cuiusdam statuti laicorum dicentis qd si reus transferat possessionem litigiosam in alius deberet possessio ab eo tolli et dari petenti. spoliavit monasterium illis possessionibus et tradidit ecclesie sancte marie monasterio non conuicto nec vocato vel confesso. demum monasterium egit coram papa petendo se restituere ad illas possessiones quas senator vigore illius statuti sibi abstulerat. papa vero motus rationibus de quibus in littera. quod factum fuit per senatores in preiudicium ecclesie reuocauit et possessiones illas monasterio restituit. ¶ No. primo fm casus positionem tex. apertum contra opi. Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. vbi dicit qd statutum laicorum generale pactum non nutriendum sed ratione continens debet seruari in vtroq; foro tam contra laicos qm clericos dummodo specificè non disponat de ecclesijs vel ecclesiasticis personis nec sit contra libertatem ecclesiasticam. hoc dictum reprobatur hic. nam hoc statutum de quo predicti erat generale nec nutrebat pactum sed veniebat ad obuiandum fraudibus. nec erat contra libertatem ecclesiasticam cum ecclesia puniat incidentes in vicium litigiosi. vt no. in. c. ecclesia. vt lit. pen. et tamen hoc statutum non valuit respectu ecclesiarum. quinimo nec in foro seculari debuit seruari in preiudicium ecclesie. et hoc no. quia non solet ad hoc induci iste tex. Ex hoc. et ex tex. no. qd causa ecclesiarum etiam quatenus versatur et agitur in foro seculari non debet decidi nec diffiniri fm ius civile et statutum laicorum. et sic videtur tex. hic pro dictis doct. in. c. j. s. e. Tertio habetur hic arg. optimum qd iudex secularis non exercet officium suum contra ecclesiasticas personas etiam in causis incidentibus coram eo. nam istud negocium monasterij. incidenter ortum fuit in causa mota coram seculari. et tamen non potuit iudex secularis in ista incidentia iurisdictionem suam exercere contra mo-

multe varietates. et maxie quod Ly. post Pe. reprobat ut quodammodo verba istius textus. dicens quod consuetudo si potest prescribi. quia prescriptio respicit ius formatum. consuetudo est quod disponens. quod non potest prescribi. Sed tu dic quod textus non debet intelligi ut consuetudo prescribat siue prescribat dominium alicuius rei. sed debet esse prescripta. id est obtenta per cursum temporis requisiti ad prescriptionem. Item et secundo ius canonicum requirit consuetudinem esse prescriptam solum quando est contra ius positum. nam inferiores non possunt statuere contra ius canonicum. ut dixi. s. eo. cum dilectus. vbi si voluit tollere aliquem canonem optet quod concurrat quedam prescriptio contra ius vel legem superioris. debes enim scire quod ius civile nunquam requirit consuetudinem esse prescriptam etiam contra ius. sed solum ius nunc canonicum facit mentionem de ista prescriptioe. et puto quod ista sit diversitas ratio. quia seculares persone habent potestatem ab imperatore addendi leges etiam contra legem principis. ut in. l. oes populi. ff. de iusti. et iure. vbi si inducitur consuetudinem contra legem non est opus quod quasi prescribatur contra legem principis. quia illa legem possent directe tollere per contrarium statutum vbi in consuetudine inducenda finis ius civile sufficit tacite consensus populi. non autem ut dixi requiritur aliqua prescriptio. ut in. d. l. de quibus. ff. de iure canonico non est prescriptio nisi in ecclesiasticis statuere contra canonem. ut in. c. quod super his. de ma. et obe. et i. c. constituitur. xxx. q. ij. ideo optet ut tollat canonem pape quod si per quadam prescriptioem vbi prescribitur non consuetudo sed potest illa lex pape. sed consuetudo debet prescribi modo predicto. Et est vnum mirabile quod consuetudo possit induci contra canones per inferiores et per statutum ab eis non possit fieri. nam consuetudo si potest induci nisi ab habentibus potestatem legis addende. ut in. d. l. de quibus. et dixi. s. sup rubrica. hinc ideo dicit Bar. in l. j. ff. de legi. quod usus et mores mulierum non introducunt consuetudinem. quia non possunt mulieres legem addere. ut in. d. l. j. quod non. et per hanc rationem intelligas impugnationem quam faciebatur ad diffinitiones Bo. an. quam posuit super rubrica. quia videtur quod a viris ecclesiasticis potest induci consuetudo contra canones. et tamen non possunt facere legem contra canones. vbi optet te dicere quod ista consuetudo assumit vires non solum ex tacito consensu virorum ecclesiasticorum. sed auctore pape promittentis induci consuetudinem contra canones. Sed pulchrum est videre quare valet consuetudo contra canones et non statutum. et quare personis secularibus fuit indultum ut legem possint addere contra legem imperatoris et non sic fuit indultum viris ecclesiasticis ut possint contra canones statuere. et est subtilis inuestigatio credo illam fuisse rationem. ius civile finaliter tendit in bonum publicum et in utilitatem privatam. vbi si populus vult sibi iudicare contraria legem addendo imperator non curabit. quia potest populus in hoc renunciare favori suo. ut in. c. ad applicas. de regularibus. Item quia mores hominum sunt diversi. ideo voluit imperator ut quisque populus possit sibi facere legem. non tamen contra honestatem nec contra iura reservata principi sed in suum iudicium duntaxat. ad hoc. d. l. omnes populi. et quod ibi no. Bart. si ius canonicum principaliter intendit hominem dirigere in deum et venit ad bonum publicum ecclesiasticum. vbi statutum contrarium editum ab inferioribus presumitur temerarium et ambitiosum et fini eterno contrarium. ideo non potest papa dare potestatem clericis statuendi contra canones.

tantum quod populi possunt ad inducendum

In bono publico

Requisita ad prescrip.

sed consuetudo toleratur. quia surgit ex tacito consensu et non presumitur tanta ambitio. Item quia magis scandalum oritur ex consuetudinis reprobatione cum concurrat tacitus consensus et longo tempore continuatus. Dicit tamen Bal. vnu singulare dicitur per l. si hoiem. ff. ma. q. ex causa vrgenti et verisimiliter non puifa a canone potest fieri statutum contra canones. et multum bene facit illa. l. ibi enim dicitur qd si dedi mandatū spāle alicui vt manumittat aliquem seruum certū potest procurator generalis dñi ex noua causa interdicerē procuratori speciali ne manumittat quasi ex nouo causa p dominū non cōsiderata possit procurator generalis venire contra mandatū spāle ipsius domini. ita dicendū in inferioribus vt possint ex causa noua et vrgenti statutum edere contra spāle statutū superioris. Et p hoc dictū et illam. l. tene menti illud dictū singulare qd ex causa noua potest legatus generalis in pibus prohibere delegato pape speciali ne pcedat in causa sibi commissa qd in illa causa delegatus specialis dicatur maior legato generali. vt in. c. studuisti. de offi. legati. ff. vt dixi hoc vltimū admittitur ex noua causa nō cōsiderata p papam. et hoc bene nota. Quādam vō tps requiratur ad consuetudines inducendam varie sunt opi. glo. h in prin. requirit tps. x. añoz sicut in pscriptōne. Alij requirunt tps de cuius initio memoria non sit vt statū subijatur i gl. Sed tu conclude sic materiā. aut qritur de iure ciuili aut de iure canonico. pmo casu cōter tenet vt sufficiat tps. x. añoz. etiaz si consuetudo sit cōtra ius. quod pbant legisse hac rōne. iura requirit longum tps ad inducendū consuetudinem. vt. C. que sit lon. consue. in rubro et nigro. et in. l. ij. C. de seruitu. sed longum tps dicitur decem añozum. vt. C. de pscript. lon. tem. p totum. ergo et. Et hāc opi. sequitur Bar. in. d. l. de quibus. et Ly. in. d. l. ij. De iure vō canonico dic qd aut consuetudo est pter ius. et sufficit tempus decem añoz. ad hoc glo. nota. in. c. si. j. eo. li. vj. et in. c. consuetudo. xij. di. quod videtur limitandū nisi consuetudo veniat ad detrahendū iuri alicuius ecclie. quia tunc sicut in pscriptōne ecclie requiritur tps. xl. añoz ita in consuetudine. Et hoc est notabile dictū Inno. s. eo. cum dilectus. quod est bñ notandum. videt tñ ibi Inno. restringere qñ consuetudo est p eccliam particularem. secus si contra eccliam vlem. non tamē ad hoc video bonam rōnem diuersitatis. quia non debet esse minus fauorabile totum corpus ecclie qd aliquod membrum ipsius ecclie. aut consuetudo est contra ius canonicū. et tñc requiritur tps. xl. añoz. et in hoc casu requiritur qd consuetudo sit pscripta. vt h. et in. c. ij. eo. ti. li. vj. et rōnem diuersitatis inter ius canonicū et ciuile. s. dixi. Et quare maius tps requirit qñ est contra ius qd quando est pter. veruntamē puto verissimum qd vbi consuetudo venit contra ea que sunt reseruata principi in signum specialis puilegij tunc vtroq; iure requirit tempus de cuius initio nō est memoria. vt est tex. no. in. c. sup. qbusdam. de. x. sig. cessat enim in illis casibus rō quā. s. dixi. p quaz de

iure ciuili sufficit tempus. x. añoz. ¶ Tertio requiritur sñm glo. qd consuetudo sit inducta ex certa scientia et nō p errorem. allegat. l. qd nō rōne. ff. de legi. Aduerte qd illa lex facit in cōtrarium. nam ibi dicit qd si p errorem fuit inducta consuetudo nō debet extendi ad casus similem. et ille tex. est notabilis in h qd licet alis consuetudo extendat ad casum similem intellige si nō habet ius in cōtrarium. vt in. l. de qbus. et qd ibi nō. p. all. secus qñ consuetudo fuit inducta p errorem. nam tñc tenet quo ad illum casum sed nō extendit ad casum similem. et ponit exemplū in quibusdā locis est consuetudo si dominus vini ponat ad plaustrum quo vinū portat. qd rusticus nō tenet de periculo. et tñ non debet extendi hec consuetudo ad alia liquida. tñ seruanda est in casu suo ex quo populus cōsensit in illa consuetudine credens forte hoc esse iuridicum et rōnabile. sed vbi cōt tantus error qd tolleret consensu populi tunc pcederet glo. etiam est consuetudo inducta qd deficeret causa efficiens. s. ipse consensus populi. vt in. d. l. de quibus. ¶ Quarto requirit qd consuetudo sit inducta sciente illo qui potest ius condere. alle. glo. l. de quibus. in. fi. ff. de legi. et multa tenuerūt hanc opi. sed Jo. s. di. consuetudo. et. iij. di. in. s. leges. et. viij. di. in. c. frustra. tenet qd consensus pape seu scientia nō requirit ad consuetudinem inducendam alis raro vel nunq; induceret consuetudo. et hec opi. videt cōmunior. et tñ placet pma pistum tex. qui solum requirit qd sit rōnabilis et pscripta. Item p. c. j. de consti. li. vj. vbi dicit qd papa censet ignorare statuta et consuetudines locorum. Dicit tñ hic do An. notabile verbum si esset verum qd vbi consuetudo induceret cōtra ius sciente papa qd tñc sufficit tempus. x. añoz. qd habet consensus illius qui potest legem pstrariam condere. dictum est notabile sed nō bene iure pbatur. illud tñ fateor quādo papa sciuit et vsus fuisset illa consuetudine. sed vbi solum pstat patientiaz nō videt hoc dictū. pcedere qd multa p patientiaz tolerant. vt in. c. cū iam dudū. de pben. Itē qd ista est quasi quedam pscriptio cōtra legem superioris. vnde sicut in pscriptōne scientia illius cōtra quem pseribit nō minuit tempus a iure statutū. ita nec in consuetudine inducenda contra legem pncipis. ¶ Quod fuit hic etiam do. An. aliud dictū notabile si esset verum qd tñ fuit originalis Jo. monachi et Archi. in. c. generali. d. elec. li. vj. qd vbi ius requirit antiquā consuetudinē vel vbi obuiat omni iuri requirit tps de cuius initio nō est memoria. Sed ptra p mū apte facit tex. iunctis dicit doc. in. d. l. de quibus. vbi consuetudo dicit inueterata licet sit obtēta p tempus x. añoz. nam nō plus importat verbū antiquata qd verbū inueterata. pstrarium facit iste tex. solum enim requirit consuetudinē tunc pscriptā cū est contra ius. ¶ Item qd cū de iure ciuili regit sufficiat tps x. añoz. nō debem⁹ deuiare a dispositione legali nisi quaten⁹ reperit in iure cautū. vt in. c. j. de no. ope. nū. Et hec duo dicta meli⁹ fuissent collocata. s. in scdo reqsro. ¶ Quinto requirit sñm glo. qd sit tale ius qd possit pseribi. nā laici nō pnt acqre spiritualia ex pscriptōe seu consuetudine. p h. c. cam. de

pscri. z. c. massana. z. c. sacrosancta. s. elec. Et nō q̄
sicut ex pscriptione laicus nō pōt acq̄rere ius sp̄ia
le ita nec ex psuetudine. z dico q̄ etiaz nō sufficeret
temp̄ de cuius initio nō est memoria. vt notāser
voluit Jo. an. in. c. ij. de p̄bē. li. vj. optime facit. c.
quāto. s. e. posset tñ attentari q̄ in eis in q̄b̄ papa
pōt facē laicos capaces q̄ tñ possit iduci psuetudo
nō dico pscripio vt laici possent attētare sp̄ialia.
si papa sciuit psuetudinē induci z nō pscripsit. ar.
optimū in. l. de quib̄. p̄alle. nisi dicas psuetudinē
tollī vel impediri ppter irrōnabilitatē z for̄ hoc
vltimū verius. nam rō est quasi cā formalis ipsius
psuetudinis. forma aut̄ dat esse rei. vt in. c. quia p
pter. de elec. ¶ Sexto requirif q̄ psuetudo sit ob
tenta in psradictorio iudicio. allegat glo. l. cum de
psuetudine. ff. de leg. z. c. abbate. de x̄b. sig. i. q̄ p
te psradicante vel semel saltē fuit iudicatū psuetu
dinē esse. z licz aliq̄ hoc tenuerūt tñ cōis opinio ca
nonistaz et legistaz est in oppositū vt istud necessa
rio nō requiraf. p̄bať rōne. psuetudo inducitur
ex morib̄ z vsib̄ hoim. vt in. d. l. de quib̄. z in. d.
c. psuetudo. z insti. de iure naturali in. s. ex nō scri
pto. ergo nō requirif necessario act̄ iudiciarius.
Item si dictū glo. esset vey nunq̄ posset ita intro
duci psuetudo q̄ oportet q̄ hēat initū z sic nunq̄
posset iudicari p psuetudine ex quo nunq̄ obiecta
in iudicō. fatent̄ tñ docto. vtriusq̄ iuris q̄ ex actu
iudiciario itroducif psuetudo puta q̄ iudex iudi
cauit psra legē p̄lo sciēte et nō psradicēte. vnde
act̄ iudicialis sufficit ad p̄bandū psuetudinē non
vt act̄ iudiciari⁹ s̄ q̄ p̄ illū actū detegif psensus po
puli. z sic p̄cedūt iura allegata i gl. ¶ Septimo req̄
ritur fm glo. q̄ homies sint vsi psuetudine varijs
vicib̄ animo introducendi psuetudinē. hic cadit
alius articulus quot vices seu act̄ requirif ad in
ducendā psuetudinē. mltē sūt opinionēs in b̄ ca
nonistaz z legistaz. s̄ cōis opi. est q̄ requirunt tot
actus et ita notozij vt verisimilit̄ trāsuerūt in noti
ciā p̄li. nam vt sepe dixi nō actus s̄ tacit⁹ psensus
p̄li inducit psuetudinē. vñ vbiq̄ ex cōiecturis
habef tacit⁹ psensus p̄li tñ non curaf de magna
frequentia actū. Dubitaf tamen nunquid vnicus
actus notozius itroducat psuetudinē. Quidam
dixerūt q̄ sic. Bar. psra in. d. l. d. quib̄. q̄ psuetu
do itroducif ex frequentia moris s̄ cessat frequen
tia vbi est vnici⁹ actus. Itē est psra substantiam z si
gnificationē vocabuli. nā psuetudo est q̄si cōis af
suefactio. Itē ex vnico actu q̄stumēq̄ notozio nō
pōt elici cōsensus populi. q̄ forte p̄ errorē vel cau
sa vitandi scandali populus prima vice nō contra
dicat et hoc mihi placet. Distingue tamen q̄ aut il
le vnicus actus habz causam successiuam z sufficit
si habuit psriuationē p̄ tps infra q̄b̄ inducif psue
tudo. tex. alle. similem in. c. cū de beneficio. de pre
ben. li. vj. nam si b̄ficiū seculare psferē regulari
z possidet p̄ regularem tpe habili ad psuetudinez
inducendā efficit illud b̄ficiū regulare licet vñ
ca collatio interuenerit. z ita ecōtra si regulare cō
fertur seculari. z illa collatio hz actū successiuuz. s̄
possessionē psriuatam p̄ regularez. Et idem dic si

edificaret pons in publico z haberet cām p̄manē
tem. ¶ Octauo requirif fm glo. q̄ maior pars po
puli vtať illa psuetudine. q̄ sicut maior ps populi
nō potest facere legem. ita nec inducere psuetudi
nem. intelligo glo. de maiori pte populi habēte cō
sensus habilem ad itroducendā legem seu psue
tudinē. nam mulieres infantes furiosi nō compu
tant̄ in numero. q̄ isti nō possunt legē condere. vt
in. l. j. ff. de legi. ¶ Item intelligo glo. de psuetudi
ne que distinguit totum p̄lin. sed si tractarem de
psuetudine itroducēda in aliquo collegio sufficit
maior ps istius collegij. hoc tñ ego limitarem. nā
maior pars nō sufficit ad itroducendā legem. q̄
optet saltem q̄ sint due ptes vniuersitatis. vt in. l.
nulli. z. l. plane. ff. q̄ cuiusq̄ vniūsi. sed maior ps
istarum duaz ptium nō sufficit ad disponendū. vt
in. l. q̄ maior. ff. ad muni. z in. c. j. de his que fi. a
ma. pte ca. Et ideo dicerem q̄ saltem due ptes illi⁹
vniuersitatis seu collegij debēt esse scientes q̄ illa
psuetudo itroducif. z p hoc est expedita p̄ma ps
glo. ¶ Sed quero circa istā ptem de q̄one quozidi
ana. nūquid vnicus actus itrueniēs psra cōsue
tudinē iterrūpat istam psuetudinē. Conclude
q̄ aut psuetudo non erat adhuc cōpleta z pfecta z
iterruptif psuetudo ita q̄ nō est opus de nouo
incipe. q̄ p hoc nō apparet de tacito psensu populi
q̄ velit inducere psuetudinē cum fecerit actum cō
trarium. ar. in. l. vbi repugnātia. ff. de reg. iur. z. c.
sollicitudinē. de apel. i. fi. Sed si psuetudo erat cō
pleta z pfecta tunc vnicus actus in cōtrarium non
tollit psuetudinē. sed optet q̄ tollaf eo tpe et mō
quibus fuit itducta. q̄ itaz lex est. z ideo debz tolli
tanq̄ lex. credo tñ indifferēter sufficere t̄pus. x. an
nozum. z sic intellige gl. in. l. tpalis. in. s. j. ff. de re
iur. Et Jo. an. b̄ circa sc̄dam ptem gl. instat in red
denda rōne diuersitatis inter pscriptionē z cōsue
tudinē. z est notabilis q̄ z magni effectus z gl.
in hac q̄one nihil pfecte dicit. Sed tu post doc. dic
q̄ p̄ncipalis z fundamētalis differētia est q̄ ex ps
criptione acquirif ius puato siue illud ius trahaf
ex publico siue ex puato. psuetudine vero nō acq̄
ritur ius alicui puato. sed i publico vnde cūq̄ cau
setur etiā si ius trahaf ex puato. vt in. l. v̄d̄. or. s̄.
si psrat. ff. cōia p̄di. vbi p̄tz q̄ potest itroduci psue
tudo q̄ q̄sq̄ possit dato p̄cio fodere lapides ex fun
do alicuius. vñ ius istud trahif a puato z acq̄rif
publico z in cōi. vnde si acquireret certis psonis si
esset consuetudo sed pscripio. nam cōsuetudo est
lex que debet eē cōmunis. vt. iij. di. erit aut̄ lex. si
ergo acquirif puato. ergo nō est cōis. et ideo no
tabilit̄ dicit Jo. an. hic. q̄. c. cum dilectus. s̄. e. im
proprie ponitur in hoc titulo. q̄ loquit̄ potius de
pscriptione q̄ de cōsuetudine vt ibi dixi. q̄ ius ibi
subtrahēbat certo collegio. Et nō. b̄n hoc dictum
q̄ non dicit̄ cōsuetudo vbi ius acquirif certo col
legio. q̄ collegium tenet vices vnici⁹. est cñ quod
dam corpus fictum z rēpsentatū. vt in. l. mortuo.
ff. de fideiussō. z in. l. p̄ponebatur. ff. de iudi. Sci
as tamē q̄ quādoq̄ vnum et idem potest esse ps
scripio respectu certozum z consuetudo respectu

aliquoz. pone exemplū qđ notabiliter ponit Jo. an. in. d. c. ij. j. co. lib. vj. si epus acquirit vt solus possit corrigere subditos sine cōsilio capituli quo ad capitulum et epum est p̄scriptio qz detrahif capitulo et acquirit ep̄o. et sic nō potest dici p̄suetudo cuz acquirif vni. sed respectu subditoz qui veniūt corrigendi p̄ solum ep̄m dicit p̄suetudo. et idem respectu ep̄i quo ad subditos. qz subditū nihil detrahitur sed est eis quedam lex vt p̄ solum ep̄m iudicent. et ideo dicit ibi notabilis Jo. an. q̄ quatenus ep̄us p̄tendit p̄tra capitulū debet habere titulū. qz est p̄scriptio et in p̄scriptione p̄tra ius requirit titulus. vt in. c. j. de p̄scrip. li. vj. et sic intellige glo. cum tex. in. d. c. in verbo canonicis. sed quatenus litigat p̄tra subditos nō tenet allegare titulum qz contra illos est p̄suetudo vt dixi. et in p̄suetudine etiā contra ius nō requirit titulus. qz hoc nullo iure cauet imo potius videt oppositū vt b. Ita in p̄suetudine cū sit qđā lex inspicif sola voluntas seu tacit⁹ p̄sentus. Et ex his habes aliā differētiā notabilē inter p̄scriptionē et p̄suetudinē. qz in p̄ma requirit titulus et i scđa nō requirit. Possent alie assignari differētie sp̄ales si iste sunt p̄stantiores et fundamentales. et tene mēti. ¶ Tertio p̄cludēdo materiā cū q̄ritur de effectu p̄suetudinis distinguo post Bar. in d. l. de quib⁹. vbi dicitur loquit q̄ doctores nostri b et reformabo in aliquibus habito respectu ad ius nostrū. q̄ aut cōsuetudo est fm legē aut p̄ter aut p̄ fm legē. Primo interpretādo ipsaz legē. vt i. c. cū dilectus. s. eo. et in. l. si de interpretatione. et in. l. minime. ff. de legib⁹. Secūdo cum p̄firmat ip̄am legē vñ sepe i iure allegat lex et p̄suetudo circa idē. vt. s. e. cū dilectus. et in. c. sopite. j. de censib⁹. vbi bonus tex. et facit ad materiā qđ no. glo. in. c. j. de cōsti. li. vj. vbi querit. Nunquid si cōsuetudo habet id qđ lex s̄blata lege tollat p̄suetudo. et dic vt ibi. et aliqd tetigi in. c. j. et c. sup eo. de cogna. sp̄iali. ¶ Secūdo qñ est p̄ter legem valet p̄suetudo. vt in. c. catholica. et in. c. in his. xj. di. et j. di. p̄suetudo. ¶ Tertio casu dic q̄ aut est p̄tra legem diuinā et nō valet nisi p̄cedat rōnabiliter distinguēdo. qđ dedara vt. s. dixi latius. aut est p̄tra legem nature et etiā nō valet. qz naturalia sūt imutabilia. v. di. in p̄n. et in. s. sed naturalia. insti. de iure natu. Pone exempluz si habere p̄suetudo vt filij nō educarent a parentibus. nam de iure naturali sunt eis debita alimenta. j. di. ius naturale. Et facit ad illam. q. nunquid p̄ statutū vel cōsuetudinē posset tolli vt diminui legitima debita filio. de quo plene dixi in. c. raynuitus. et raynaldus. j. de testa. et dic vt ibi. aut est cōtra ius gentiū et etiā nō valet. qz ius gentiū etiā p̄t dici ius naturale. qz naturali rōne inductum. vt in. d. l. omnes p̄li. ff. de iusti. et iure. et hoc intelligi go nisi p̄suetudo disponeret cōtra ius gentium distinguendo sicut. s. dixi. hoc p̄batur. nam ius posituum potest ex causa disponere contra ius gentium et p̄tra ius naturale vt inducēdo seruitutem vt in. c. ita quozūdam de iudeis. Item p̄uando quem dominio sue rei. vt de p̄scrip̄. p̄ totum. ista

consuetudo hoc p̄t facere cum sit quedam lex. Et p̄ declaratione horū terminoz scias qz ius naturale est nomē generale et comprehendit in se legem diuinam et legem nature et legē gentium. et ius diuinum et ius gentiū appellant iura naturalia. qz naturali rōne sunt inducta. vt i. d. l. omnes p̄li. no. Anno. in. c. que in eccliarum. s. de p̄sti. qñqz vero ius naturale sumit in sua specie et pp̄rie. quo ad p̄positum ius naturale dicit quidam instinct⁹ nature ex rōne. pueniens. de quo videbis glo. j. di. i. c. ius aut naturale. vbi ponit quoz modis sumat ius naturale et tene illam glo. menti. ius diuinū quid sit habes. j. di. in p̄n. de iure gentium habes. j. di. ius gentiū. Et de iure naturali cadē di. ius naturale. Aut p̄suetudo est p̄tra legem posituā. vt cōtra leges seu canones seu statuta. et tūc aut est contra libertatem ecclie et nō valet. vt in. auē. casta et irrita. C. de sa. san. ec. et in. c. j. et in. c. cum inter. s. e. aut est p̄tra vtilitatem publicā et etiā nō valet. qz sicut nō valet lex. vt in. l. fi. C. si cōtra ius vel vtilit. publi. ita nec p̄suetudo qđ nō. aut est p̄tra vtilitatem puatā. et tūc aut p̄cedit lex derogatoria ad p̄suetudinē. et nō valet p̄suetudo sequēs fm Bar. allegat auē. nauigia. C. de fur. et l. eos. C. de vsuris. et nō hoc dicitur. Et hoc etiā inferit qz p̄suetudo semel reprobata a lege nō potest amplius induci. Sed ego soleo allegare glo. singularē in cōtrariū in de. statutum. de elec. et vide illam. et credo qz si subest rō noua que nō suberat tpe legis dānantis p̄suetudinē qz tūc poterit de nouo induci. arg. opti. in. l. si hominē. ff. man. et in. c. nō debet. de p̄san. et affi. in p̄n. et plene hoc examino in. c. ij. de p̄ba. aut nō habet legem derogatoriā. et tūc aut lex p̄cedit et sequit cōsuetudo aut ecōtra. Primo casu si p̄suetudo est generalis vincit legem generalē et vniuersaliter. intellige tñ fm ius canonicū dum nō sit rōnabilis et p̄scripta vt hic. aut cōsuetudo est particularis. et tunc nō vincit legē vniūsaliter. vt in. l. ij. C. q̄ sit lon. consue. sed solum vincit legem vbi cōsuetudo viget. vt in. d. l. venditor. in. s. si constat. Secūdo casu qñ p̄cessit p̄suetudo et lex cōtraria sequit tenet Bar. qz tunc cōsuetudo nō vincit legem imo tollit per legem sequentē. alle. l. ij. ff. de sepulchro violato. dicit tñ qz canoniste tenet oppositū. et certe casus est in p̄trariū in. c. j. de cōsti. li. vj. vbi dicit qz lex pape nō tollit p̄suetudinē certi loci p̄trariā nisi de ea fuerit facta mentio. qz papa nō p̄sumit scire istas p̄suetudines. Et quo ego infero qz si ciuitas facit statutū p̄tra suam p̄suetudinē tollit p̄suetudo licet de ea nō faciat mentionem qz ciues p̄sumunt scire suā p̄suetudinē. vt no. in. l. oēs p̄li. ff. de iusti. et iure. facit. c. qđ dicit. xvj. di. et cessat rō dicit. c. p̄mi. et p̄b habet facti declarata mā huius. c. taz quo ad p̄nam p̄tem qz quo ad secūdas. b nō sunt alia.

De postulatione p̄latoz. Rica.

¶ Tiso de iure scripto et nō scripto qz parū ē iura cōdere nisi sint mistri q̄ cadē iura tueant. vt i. l. ij. ff. de ori. iur. et i. c. vbi p̄culū. s. p̄terea. de elec. li. vj.

Consuetudo

*Ubi
glo.
1794*

ideo de ipsis ministris et eorum assumptione merito erit videndum. et quoniam assumuntur altero ex tribus modis. scilicet per postulationem electionem et translationem. id est de omnibus istis tribus. j. subicit. et quod postulatio innuit gratie primit titulum de postu. pla. Quid autem sit postulatio vide per glo. in. c. unico. eo. ti. li. vj. que dicit quod est petitio gratie a superiore facta. Illa tamen est potius descriptio quam definitio cum non euacuat propositam naturam definiti nec est convertibilis cum suo definito sicut debet esse quilibet bona definitio. ut no. glo. sup. rubrica. de sum. tri. et insti. de act. in pn. ideo latius potest definiti si scilicet quod postulatio est quedam gratie petitio a superiore facta de promovendo aliquem ad prelationem ad quam de iure communi propter defectum aliquem vel impedimentum eligi seu promoveri non poterat. Et ex hoc tacite inferuntur differentia inter electionem et postulationem. nam postulatio innuit gratie. ut in. c. pe. j. e. electio vero innuit iuri. unde electio solet sic definiti quod est alicuius persone ad prelationem vel fraternam societatem canonice facta vocatio. et licet olim permiscue iura vterentur his vocabulis. ut in. s. his omnibus. lxj. di. et lxxij. di. litteras. hodie tamen est maxima differentia inter postulationem et electionem ut colligitur ex premissis. unde ille qui de iure potest eligi non debet postulari. et si electores illum postulant nihil agunt quod debent providere ecclesie de meliori quam possunt et meliori modo. unde illi qui eligunt presentunt in electum vel spiritum et per electionem inchoat vinculum matrimoniale. ut in. c. cum inter canonicos j. de elec. et in. c. si. de transla. pla. Sed illi qui postulant non presentunt in postulatum ut in spiritum nec inchoat aliquod coniugium sed vota sua dirigunt in superiorem ut superior de gratia debeat admittere postulatum. De quo vide quod no. in. d. c. unico. e. ti. li. vj. in glo. iij. et per Inno. j. c. pxi. nam optet primo vide fundamenta materie postea breviora dicemus.

A hoc in beato.

Ampostulabilis est qui violat interdictum. hoc dicitur quo ad titulum habet enim multa alia dicta que non faciunt ad materiam. Dividitur. nam primo ponitur iniusta postulatio et ipsius presentatio. Secundo contra postulatum obiectio procuratoris presentio et excusatio ibi versus. Tertio ibi quod nec excusationi reiectio. Quarto postulacionis cassatio ibi nos. Quinto gratiosa eligendi vel postulandi presentio ibi licet. In textu ibi non negavit. non dicitur fuit confessus et non negando videtur confiteri. de quo. j. dica. Et infra sub isto continebatur quod terram fracie subiecit interdicto sed ista non fuit terra fracie. Et ibi nec sufficit imo nec presentio. Nota istam quod non omnia presentunt que sufficiunt. Et ibi non facile facultas credendi tribuit. No. non defacili ergo si vult presentare ignorantiam admittit. Nota primo ibi per abbatem. quod abbas potest esse procurator per ecclesiam cathedrali. ita colligunt doctores. ex textu. et facit. c. sopite. de censu. Et vide quod dixi in. c. in nostra. de procura. et in. c. cum. j. et. A. de re iudi. Nota secundo ex principio practicum corrigendi postulacionem factam de episcopo. nam debet concludi ut papa dignetur translationem facien-

do pium presentare assensum. Et pondera illud verbum pium. nam quod postulacio dependet a gratia ut dixi sup. rubrica optet quod via supplicatoria seu petitoria petatur admissio postulacionis. Nota tertio ibi quasi per certo. quod dicitur quasi non semper est expressiva veritatis sed diminuit aliquid de significato eius cui adicitur. unde sensus iste est quod totaliter non constabat quod episcopus non servabat interdictum sed quasi presentabat. Quandoque tamen hec dicitur quasi est expressiva veritatis. de quo vide glo. in. c. prochianus. de deci. et in. c. put. de do. et contu. vbi dixi. Nota quarto ibi non negavit quod is qui interrogatur tenetur respondere et si non responderet habet per confidentem in suum pre iudicium. ad hoc facit. c. si tibi absenti. et quod ibi no. de present. li. vj. et l. de etate. s. qui tacuit. ff. de in terro. act. Et nota quod hoc habet locum etiam in procuratore tacente ut taciturnitas eius habeat presentationem in pre iudicium dicitur. nam iura interpretantur quod tacite confiteatur. ad hoc vide bo. tex. in. c. ij. de confess. li. vj. et quod dixi in. c. penult. de iura. calu. Nota nota quod confessio facta per unum ex duobus procuratoribus nocet domino. quod an sit verum indistincte. dicitur ut habes tex. no. iuncta glo. in. c. si duo. de present. li. vj. Nota quod quando confessio fit sub eodem constructu seu qualitate potest aduersarius recipere presentem confessionem quatenus facit per se et aliam presentem confutare seu repellere per rationes probabiles seu per probationem. ita fecit hic papa. nam iste procurator confitebatur saltem tacite quod episcopus non servabat interdictum sed dicebat quod illud ignorauerat. papa vero sup. non observantia fundat se sup. confessione procuratoris et ignorantie allegationem confundit per probabiles rationes. simile quod legitur et no. in. c. ex parte decani. de rescrip. sic limita no. in. c. j. de confess. li. vj. et per Bart. in. l. aurelius. in. s. idem quesit. ff. de libe. lega. Nota in. d. quod non sufficit. et tene mentem differentiam inter sufficere et presentere. multa enim presentunt que non sufficiunt. sed Jo. an. alle. c. sacris quod me. causa. Et dicitur quod verbum presentere sonat in quodam adiuvantem ut cum aliquid presentat quod ad quod non dicitur ad totum. Illud verbum dicitur sufficere quod ad presentationem actus non indiget alio adminiculo. et ad hoc vide glo. notabile que tacite hoc sentit in. c. statutus. in prin. in verbo canonicis. de rescrip. li. vj. Nota quod ad hoc quod constitutio liget contrauenientes satis est quod solenniter edatur. id est fiat aut publice presentulget. non autem est necesse ut cuilibet sigillatim nuncietur. Et ex hoc nota vna differentiam inter citationem et constitutionem seu edictum. Nam citatio non potest proponi per edictum sed debet presentaliter fieri. ut in cle. j. de iudi. et no. in. c. causam. de do. et contu. et in. l. iij. s. ait presentor. ff. de dam. insec. Sed constitutio potest presentulgar per edictum. et est ratio. quia presentitutio est generalis. ideo satis est ut generaliter presentonatur. et idem est etiam in citatione vbi eadem subest ratio. unde dixi singulariter Inno. in. c. si. qui matri. accusa. pos. quod etiam hodie admittitur citatio per edictum quando nascitur quis presentaliter sit citandus facit quod legitur et notatur in dicta cle. j. de iud. et au. si omnes. C. si ut se ab here. absti. vbi tex. Et nota

in alio singulariter istum tex. ibi solenniter editur
aut publice promulgatur. nam per illaz alternati-
uam aut potest colligi ar. opti. q. constitutio ligat
etiā anteq̄ solenniter aut publice pmulget dūmo-
do solenniter fuerit edita. secus aut si fuerit edita
sine solēnitate. nā tūc expectat pmulgatio. sic pōt
limitari et intelligi qd̄ no. in. c. ij. d. consti. z. iij. di.
in. s. leges. Et ex h̄ pōt inferri q̄ p̄stitutio solenni-
edita in p̄silio p̄li liget licz nō fuerit publice pmul-
gata. Nota ibi s̄ id solū sufficit rē. z. tene mēti q̄ cō-
stitutio ligat sciētē nō expectato lapsu duoz̄ mēsiū
vel alterius t̄pis. qd̄ tenet glo. no. in. c. ij. de re. ec.
nō alie. li. vj. dixi i. c. ij. s̄. d. p̄sti. mlti t̄n̄ p̄tra. s̄ ego
soleo hūc tex. q̄ si p̄ casu adducē. nā p̄bat h̄ p̄ x̄bū
sufficit in eo q̄ tex. dicit sufficē ad obseruatiā p̄stitu-
tōnis q̄ habeat p̄stitutōnis noticiā. s̄ p̄ verbū suffi-
ciens includit q̄ nō est necessarium aliud admini-
culū ad ipsius obseruatiā. z. s̄. dixi de significato
huius v̄bi sufficit. ¶ Nō ibi nō facile facultas cre-
dēdi. z. tene mēti tex. p̄bat etiā notabilis q̄ p̄sump-
tio q̄ orit̄ ex pmulgatiōe statuti nō ē iuris. z. suple-
t̄ de iure s̄ admittit̄ q̄s volēs p̄bare ipsius ignorā-
tiā. z. defacili credid̄. v̄n̄ pōdera illud verbū nō faci-
le. d̄ quo vide qd̄ dixi post Inno. in. c. ij. s̄. de p̄sti.
Ex h̄ pōt inferri q̄ nō sufficit iuuamētū allegat̄ i ḡ-
rantiā cōstitutōnis. p̄trariū t̄n̄ sentit glo. in. c. p̄po-
sisti. lxxxij. di. qd̄ an sit verum indistincte dic̄ vt
dixi in. d. c. ij. ¶ Nō i x̄bo sed inde liquido. q̄ etiā
suffraganei tenēt seruare generale interdictū cū
vidēt eccliaz metropolitanā illud obseruantē licet
de sn̄ia interdicti aliā p̄bationē nō hēant. facit qd̄
habet̄ in de. j. de sen. exc. ¶ Nō in x̄bo nos igif. q̄
platus dēt esse p̄mptus in vlciscēdo z. puniēdo in
obediētiā subiectoz̄ z. q̄ peccatū est nō subsistente
causa rōnabili parē inobediētib̄ z. p̄tumacib̄. v̄i
de t̄n̄ tex. no. ij. q. v. quanto. v̄bi dicit̄ q̄ sicut in cō-
tumacia p̄sistentib̄ seuos nos eē p̄ueit ita hūilib̄
et penitētib̄ locū venie negare nō debemus. Se-
neca i li. de v̄tutib̄. honestū et magnum vindicte
genus ē ignoscere qd̄ no. ¶ Itēz no. ibi vlcisci. q̄
capit̄ h̄ in bonā partē p̄ pena. s̄. iuridice imponen-
da iurta no. ibi nil obediētiā p̄desse videret̄ rē. z.
tene sp̄ mēti q̄ pena maloz̄ v̄f. p̄desse bonis. z. hoc
ideo q̄ magis relucet iusticia bonoz̄ ex punitiōe
maloz̄. v̄n̄ in psalterio. letabit̄ iustus cū viderit v̄i
dictā. manus suas lauabit in sanguine peccatoruz̄
Ex q̄ dicit̄ qd̄ā theologi q̄ pater ex̄ns beatus gau-
det vidēre filiū i inferno z. ecōtra. ¶ Nō. in fi. luntē
ibi nō p̄ueniebat p̄posito vestro ar. q̄ q̄s debet eli-
gere sociū p̄uenientē suo p̄posito z. suis morib̄.
nā corrūpūt bonos p̄sona mala. xxvij. q. j. sepe.
¶ In gl. j. in fi. Ex hac gl. pōt tolli p̄trariū qd̄ for-
mari posset p̄tra tex. qualit̄ tenuit h̄ postulatio p̄
dētē appellatiōe. So. pōt p̄mo dici q̄ ista appella-
tio nō tenuit q̄ fuit interposita sine iusta causa. vt
in glo. Scōdo pōt dici ex gl. q̄ ynanimē postulādo
vidēt̄ recessisse tacite ab appellatiōe aut postulatiōe
ar. in. c. sollicitudinē. in fi. de appel. z. q̄libet solutio
bona. Et an z. q̄n̄ possint appellat̄es recedere ab ap-
pellatiōe i causa electōis. vide bo. tex. in. c. q̄uis

de elec. li. vj. ¶ In glo. scōda in fi. z. plene hūc expli-
caui in. c. j. h. allegato. z. in. c. fi. de p̄fes. z. dic̄ vt ibi
Ad. l. si defensor. h̄ alle. dic̄ q̄ loquit̄ i defensore q̄
nō habebat mādātū. Ad. l. certū. in. s. penf. dic̄ q̄
loquit̄ q̄n̄ p̄fessio p̄curatoris erat erronea. vt q̄z̄
erit p̄fessus d̄sim occidisse illum q̄ t̄pe p̄fessionis vi-
uebat. ¶ In glo. tertia in fi. no. b̄n̄ h̄ac glo. iūcto
tex. z. extra glo. collige subtiliter ex tex. q̄ quilibet
de puincia p̄sumit̄ scire ea que publice sunt in ali-
qua p̄te puincie. Nā sn̄ia interdicti fuit publice p̄-
mulgata in certa p̄te puincie. z. oēs t̄n̄ de puincia
p̄sumunt̄ scire. qd̄ intellige de factis p̄cernentib̄
torā puinciam. sed in factis p̄cernentib̄ v̄nā dio-
ces. t̄n̄. soluz̄ p̄sumunt̄ illi scire qui sunt in diocess
nō aut̄ isti qui sunt in puincia. Unde existens ex-
tra dioc. p̄babiliter allegat̄ ignorantia eoz̄ q̄ sunt
facta in dioc. vt est tex. nobil̄ in. c. fi. qui ma. accu-
pos. Idem dic̄ in his que cōcernūt ciuitatez̄ q̄ exi-
stens extra ciuitatē p̄sumit̄ ignorare ea que sunt i
ciuitate. q̄ ex quo factū cōcernit certum locū dum
taxat non p̄sumit̄ noticiā nisi quo ad existentes i
illo loco. facit qd̄ no. Inno. sup̄ rubrica de consue-
tudine. z. Bar. z. Ly. in. l. cūctos p̄los. C. de sum-
tri. z. fide catho. ¶ In gl. in verbo publice ibi z. iō
nō excusatur. nota singulariter istā glo. vsq̄ ad fi-
nem ex qua habes q̄ sola fama facit p̄bationē suf-
ficiētē vt interdictuz̄ sup̄ioris obseruet̄ sicut dicit̄
m̄ quo ad excōicationē. vt in. c. illud. alle. in gl. et
est ratio. q̄ v̄bi agit̄ d̄ modico p̄iudicio fama facit
plenā p̄bationē. vt dixi in. c. veniēs. j. de testi. Itē
quia in istis spiritualibus debem̄ tenere in dubio
qd̄ tutius est. vt in. c. iuuenis. de sp̄. no. glo. in. c.
v̄nico. de scrutinio in or. fa. ¶ In glo. in verbo in-
terp̄tatus. ibi interp̄tāt mādātū pape. no. glo. q̄
legatus pōt interp̄tari mādātū pape. z. idē no. gl.
in. s. ex his. xj. q. j. z. spe. in ti. d̄ legato. s. sup̄est. d̄.
delegatus quoz̄. z. in. s. nūc ostendēdū. d̄. xxxvij.
Sed aduerte q̄ glo. oponit de quibusdam iurib̄
in quibus cauet̄ q̄ eius est interp̄tari cui⁹ est cō-
dere z. nō soluit. h̄ost̄. soluit tripliciter. Primo q̄
legatus hoc fecit ex plenitudine legationis. Scōdo
q̄ legatus fecit ex speciali mandato pape. Tertio
q̄ sine mandato p̄cessit sed papa habuit postea ra-
tam istam interp̄tationem. Et ex his duabus solu-
tionibus vltimis vidēt̄ velle q̄ de iure non possit
legatus interp̄tari mādātū seu p̄uilegiuz̄ pape
Inno. dicit̄ q̄ sicut iudex potest legē interp̄tari in
causa vertente coram eo. vt in. l. nō possunt. ff. de
legi. ita potest legat⁹ interp̄tari rescriptū. Et p̄mo
q̄ ista solutio sit bona. nam vt p̄bat̄ in. c. sup̄ litte-
ris. de rescriptis. iudex interp̄tāt rescriptū ad suā
potestatem certificandā z. vt p̄nunciet an sit iudex
z. ad quantuz̄ extendatur iurisditiō sua. ita potuit
iste legatus interp̄tari rescriptum pape vt appa-
reret quaz̄ potestātē reciperet ex eo mandato. idē
puto q̄ v̄bi oriretur aliquod dubiū difficile debe-
ret recurri ad papam. Et in hoc casu possent intel-
ligi iura hic allegata pro contrariis. ¶ Item prin-
cipaliter nota ex glo. quattuor species interpreta-
tionis. nam interpretatio principis est generalis

necessaria et in scriptis redigenda. Et dicit quod est generalis quod extendit ad omnes. est necessaria quod necessario tenemur sequi interpretatorem principis. est enim in scriptis redigenda. quod secundum vnam opinionem lex debet redigi in scriptis ut dicitur secundum quosdam allegando. Et ex hac gl. habes quod scriptura est de substantia legis seu statuti de hac materia. vide quod late ponit Jo. an. regula nemo potest ad impossibile de re. iur. li. vi. in mercu. et per dominos de rota decem. xxxviii. p. glo. et Ly. in. l. j. C. de legi. et opi. cōis videtur quod scriptura non sit de substantia legis sed vtile est eam redigere in scriptis ut preseruet illius memoria. et per hac opinionem quam teneo adduco bonum tex. in. c. j. de renun. li. vi. vbi successores redigit in scriptis presertim de rebus predecessorum ne tradere tur obliuioni. ergo valebat presertim presertim antequam redigeret in scriptis. vbi scriptura ibi postea interuenit non ad validitatem legis sed ut preseruetur memoria. Ad idem adduco secundo insti. de iure naturali i. §. quod principi. vbi dicitur quod principi placuit legis huius vigorem. ergo sola voluntas principis cum effectu facit legem. Est alia species interpretatōis que fit per consuetudinem. nam consuetudo est optima legum interpretatio. ut in. c. cum dilectus. de consue. et ista interpretatio est generalis quod extendit ad omnes in quibus viget illa consuetudo. Item est necessaria modo predicto sed non redigit in scriptis. quod consuetudo conseruatur memoria hominum. Tertia species interpretatōis fit per iudicem. nam iudex non potest interpretari leges quo ad causas decidendas per eum. ut no. Inno. in. c. cum speciali. de appella. facit tex. in. au. i. iurandū. quod presertim statuitur ab his. vbi iudex iurat iudicare secundum quod sibi videtur. scilicet non secundum voluntatem sed secundum bonum iudicium informatum a legibus. et hec interpretatio non est generalis. quod alij iudices non tenent iudicare secundum quod iste iudicauit. quoniam non exemplis sed legibus iudicandum est. ut in. l. nemo. ff. de sen. Item hec interpretatio iudicis est necessaria. quod necessario presertim tenentur illam sequi. vnde sententia transit in re iudicatam nisi appelletur. ut in. c. quod ad consultationem de re iudicata. et est hec interpretatio in scriptis redigenda secundum glo. intellige respectu sententie diffinitive quam presertim fert. ut in. c. si. de re. iudi. li. vi. Sed sententia interlocutoria non fertur in scriptis et tamen propter notorium causam est redigenda in scriptis. ut in. c. quoniam de pba. An autem iudex possit interpretari suam sententiam postquam eam tulit si de nouo circa eam oritur aliquid dubium. glo. ista arguit quod sic. et tene menti in h. gl. sed vide latius per doc. in. c. ex pre. iij. de verb. sig. pleni per Bart. in. l. ab executore. ff. de appel. vbi concludit quod isti maiores iudices presertim. et videtur tex. in. d. l. ab executore. De arbitro an possit suam sententiam interpretari postquam eam tulit. vide per spe. in. ti. de arbitris. §. si. §. si nunquid verbum. et §. sequenti. et vide text. quod non possit in. c. cum olim. j. de arbi. §. si. vbi papa fuit aditus super dubio sentie et non arbitri. et vide quod ibi dixi. et quod no. l. l. quid tamen. ff. de arbitris. Quarta species interpretatōis fit per magistrum seu per doctorem nam quilibet magister seu doctor potest interpretari dubia illius facultatis in qua est doctor. ut in. l. vniuersa. C. de p. fess. §. in urbe constantinopolitana. li. xij.

Et ob hoc dicimus quod ante doctoratum quis non potest magisterialiter legere nec disputare. nec obstat quod licentia detur scholaribus in aliquibus studiis quia potest datur eis ut addiscant quod ut doceant. Et hec interpretatio magistrorum non est generalis secundum glo. nec necessaria nec in scriptis redigenda. quod verba declarata ut. §. dixi. nam interpretatio doctoris non necessitat nos ad illam sequendam sed tantum statim illi interpretatōi quatenus probatur lege seu ratione. Et in eo quod glo. dixit quod hec interpretatio non est redigenda in scriptis. dicitur doc. hec intelligendum de necessitate vel in scriptis publicis seu authenticis. Sed huius possunt redigi in scriptis ut videmus seruatum ab olim in lecturis doctorum et hec interpretatio est sequenda. et de ea facit mentionem tex. in. c. j. de deci. et in. c. capellanus de feriis et in. c. litteras. de resti. spo. cum similibus. Excusat etiam hec opinio magistrorum a pena. nam si communis opinio habet certum intellectum legis licet ille intellectus non sit verus in se nihilominus sequens illum in iudicando vel extra iudicium non incurrit penam legis quia communis opinio doctorum inducit probabilem errorem. ad hoc vide tex. iuncta glo. in. c. vnicuique. c. ti. li. vi. facit tex. in. l. regula. ff. de iur. et fac. igno. no. Bar. in. l. de eo. C. de pe. iudi. qui. ma. iudi. Et vide quod dixi in. c. ut debitus. de appel. et in. c. finem liabus. de dolo et cotu. Et hoc indubitatum in communi opinione. sed vide notabile dictum Oldra. in. l. quesitum. §. j. ff. de fun. instruc. vbi dicitur quod motus ob opinionem sui doctoris debet excusari a condemnatione expensarum quia probaliter quis sequitur opinio sui doctoris. immo debet discipulus in practica sequi doctoris sui seruata tamen veritate et defendere opinio sui magistri. Ad hoc. l. dicere. §. si arbitri. ff. de arbi. vnde fertur aristoteli reprobandum quandam opinio platonis magistri sui dixisse. amicus plato sed magis amica veritas. In glo. in verbo que regi. ibi domino damus actionem. sensus glo. est quod ista pronomina meum tuum et suum et his similia denotant dominium. Et idem in genitio cuius dicitur talis equus est petri. et de pronomibus vide bo. tex. cum glo. in. c. §. iure. vii. di. de genitio modo predicto est bonus tex. in. l. ij. §. in locum. ff. de reli. et sump. fume. Et ad hoc tene menti istam glo. cum iuribus prealle. sed hoc dictum videtur contra principium glo. et contra text. ex quo enim papa mandauit terram regis subiecta interdicto debuit intelligi de terra propria ipsius regis et non de terra sibi adherente in prestando auxilium et fauorem. Solutio duplex potest colligi ex ista glo. quod iste text. procedat ex larga et impropria significatione vocabuli. nam secundum propriam et strictam significationem illa verba important dominium. Sed hoc dices tu cum hic secundum in penalibus quare hic fuit facta ista larga interpretatio contra regulam in penis. et regulam odia. de re. iur. li. vi. et c. statutum. de elec. li. vi. Sed contrarium est difficile et plerique soluendo dicunt quod hic non tractabatur de mera pena. nam interdictum sicut excoicatio est medicinale. nam fertur interdictum donec fuerit satisfactum nec diminuit patrimonium alicuius. ut in

l. in seruoꝝ. ff. de penis. et in l. iij. ff. de dam. infec.
 vñ tñ qz h snia erat medicinal. tñ qz auxiliātes dñt
 eadē pena coerceri. vt in. c. j. de off. deleg. legatus
 fuit interpretat' large h mādātū vt terra regis dice-
 ref nō solū ppria sed ibi adherēs auxilio et fauore
 videm' sñe in excōicātōe. nā cōicātes excōicātō in
 crimie damnato ppter qd fuit excōicātus incidūt
 in eandē excōicātōe vt i. c. si p' cubine. j. d. sen. ex.
 ¶ Et ex p'dictis no. singularit' qz vbi cessat ista lar-
 ga interpretatō terre adherentes nō veniūt appella-
 tiōe terrarū suarū. et facit singulariter h ad. q. duo
 pncipes fecerūt pacē ad inuicē et p'miserūt s' cer-
 ta pena nō offēdere se nec terras alterutrius. vtz
 adherentes seu bona adherentiū illis icludātur in
 caplis pacis. credo qz nō qz i cōtractib' cessat ista
 largissima interpretatio. vt in. c. cū dilect'. de dona.
 ¶ Itē allego tex. tibi valde nota. et menti tenēdū
 in. c. aplice. de re iudi. li. vj. in x. volebat. vbi clare
 pbat qz isti adherētes nō includunt in capitul' pa-
 cis nisi exp'maf. Et vide notabile dictū Inno. ibi
 qui p illū tex. cōmendauit fidelitatē ecclie romane
 dicit em' qz nūqz romana ecclia voluit habere pacē
 nec pacis tractatū nisi pmitteret de adherentibus
 et ipunitate eoz. Ex quo colligit qz infideliter agūt
 illi q' faciūt pacem et illos q' sibi p'stiterūt auxilium
 nō includūt in tractatu pacis. Et tñ ad pncipa-
 le dictū qd no. Bar. in p'mio. ff. noui vbi dicit qz
 genitiū' mō p'dicto et illa p'noia denotāt dominiū
 ex ppria et stricta significatōe verborū et id in statul'
 deberet fieri tal' interpretatio. s' fm cōem vsu locū
 di cōprehendūt nō solū dñi et possessores sed etiā
 simplices detētores vt depositarij cōmodatarij et
 similes. nā habēs equū cōmodatū dicit iste ē equ'
 meul. et coloni solent appellare possessiōez suā quā
 colūt. ad h bo. glo. in. l. ij. ff. de ori. iur. x. est ergo
 hec p'suetudo seruāda est etiā in statutis. ar. in. l.
 libroz. in. s. qd tñ cassius. ff. d. lega. iij. et quod no.
 Bar. in. l. oēs p'li. ff. de iusti. et iure s' cessante con-
 suetudine sua qd dixi distinguēdo an materia sit
 restringibilis an fauorabilis. et h habes p'mā so-
 lutionē glo. declaratā. Scdo glo. soluit qz ista ter-
 ra adherens erat regis quo ad iurisdictionē s' non
 quo ad pprietatē. vt est videre in terris istorū ba-
 ronū p'sistentiū sub aliquo pncipe. Et ex h scdo
 intellectu no. qz genitiū' positus mō p'dicto verifi-
 cat nō solū quo ad pprietatē s' etiā quo ad iurisdic-
 tionē. vñ ciuitas pōt dici mea licet nō habeā pprie-
 tatē oim q' sūt in ciuitate sed solū iurisdictionē. et h
 mō tot' mūd' d' impatoris. vt i. l. bñ a zenone. C.
 de quadri. p'scrip. et qd ibi no. et p Bar. in. l. j. ff. d.
 rei vendi. Extra gl. dan' alie solutōes s' p'dicte suf-
 ficiūt. ¶ In glo. si. in xbo puare ibi ad postulatio-
 nem attēdit. Ho. istā glo. singularē inūcto tex. qz cō-
 stitutio penal' extēdit. nā p'stitutio edita p'tra eligē-
 tes indignū sunt ipso iure puati p p'ma vice pote-
 state eligēdi. vt i. c. cū i cūctis. j. de elec. extēdit ad
 postulatē sciēter indignū. et qz postulatē sint ipso
 iure puati sentit Jo. an. hic in xbo puare expo-
 nēdo. i. puatos hac vice ab electōe repellere. Idē
 sentit in. c. pxi. s' in regula odia. de regu. iur. li. vj.

in mercu. vbi tetigit materiā extēnsionis dicit qz si
 vis nō inferat huic littere tex. iste pbat p'rarū. s.
 qz nō sint puati s' p sniam puadi p litterā ibi pu-
 uare. et sic nō fiet extēssio p'stitutiōis penal'is. S3 mi-
 hi pl' placet dictū glo. et iudicio meo aptissime pro-
 bat in. c. sequenti. et in. c. scriptum. in. fi. j. de elec. et
 vtrobiz dicā. Unde concludē qz vbiqz extrema
 sic se habent qz de vno puenit ad reliquū vel ad eū-
 dem finē tñ etiā in materia penal' et restringibili
 sit extēssio ita qz dispositū in vno h3 locū in reliquo
 ad hoc tex. iuncta glo. no. in. c. si postqz. de elec. li.
 vj. in fi. et hoc casu intellige istā glo. et optie facit. l.
 orano. ff. de spon. vbi d' qz vbi phibet m'fimonū
 vidēt phibita etiā spōsalia. Tu adde qz licet phi-
 bito m'fimonio videant spōsalia phibita attē pe-
 na apposita p'trahētib' matrimoniū non extēdit
 ad p'trahētes spōsalia. glo est singu. in de. j. de cō-
 sang. et affi. qz de spōsalib' puenit ad matrimoniū
 ¶ Sed extra glo. q'rif nūqz valeat electio vel po-
 stulatio facta in loco interdicto. hugo vercellen.
 vt hic refert Jo. an. tenuit qz sic qz p interdictū so-
 lū suspendunt diuina et eccl'astica sacra. vt i. c. si d.
 sen. excō. li. vj. S3 electio est qdā p'tract' siue que-
 dam obligatio iō nō videt phibita tpe interdicti.
 archi. tñ in. c. in noie dñi. xxiij. di. tenuit p'rarium
 Sed primū dictū sequit' Jo. an. h et cōiter doct. p'
 eū et videt p'bari hec opi. p istū tex. in. x. s' inde liq-
 de. nā ista ecclia metropolitana erat interdicta p-
 pter generale interdictū et nihilomin' p'cesserat ad
 postulationē quā papa nō recepit nō ppter eccl'e-
 siam postulante s' ppter psonā postulatā. vt d' in
 tex. Nec ob. c. vbi piculū in. s. porro. de elec. li. vj.
 vbi d' qz electio pape nō d' fieri in loco interdicto.
 nā illd est spāle in electōe pape. Itē ibi nō d' qz ele-
 ctio p h reddat nlla imo mero iur tenet. vt ibi no.
 et h p Jo. an. et notabis hāc qōnem qz pōt adduci
 ad multa. ¶ Tertio q'rif qd opaf admissio postu-
 lationis. So. dicit dōc. qz de iure videt postulat'
 habilitat' vt possit eligi. s' curia romana vt euitet
 circuitus et eccl'iaz dispēdiū seruat qz admissa po-
 stulatione postulat' psequit' ius ac si fuisset electus
 et cōfirmat'. vñ nō indiget alia p'firmatione vel ele-
 ctione. et pbat hodie. j. c. se. et hoc intellige i postu-
 latione solēni. nā duplex est postulatō. i. solēnis et
 nō solēnis. Solēnis d' qñ postulat' ab eo q' pōt su-
 per omni impedimēto postulat' dispēfare. Ho solē-
 nis xō d' qñ postulat' ab eo q' nō pōt dispēfare
 sup impedimēto. Requirit tñ eius p'sensus in p-
 motione rōne sui interesse. pone exemplū canoni-
 ci volūt eligere monachū in ep'm. s' qz monach' nō
 pōt p'sentire sine licētia abbatis. vt in. c. si religio-
 sus de ele. li. vj. canonici postulat' ab abbate vt cō-
 cedat eis illū monachū. si. n. abbas p'sentit hec ad-
 missio postulatōis nō h3 vim electōis s' d' nō nouo
 eligi et peti p'firmatio electōis. qz abbas non habe-
 bat potestātē puidēdi ecclie cathedrali. Idem dic
 qñ canonici petūt filiū familias a patre qz volūt eū
 petere in ep'm et idē in filiabus. ¶ Ultimo h opponit
 p'tra tex. in eo qz papa formauit inquisitionē cōtra
 istū ep'm nō pcedēte infamia. et sic ob. c. qualr et qñ

de accu. So. dicit Inno. multū notabiliter q̄ con-
trariū pcedit q̄ si inquisitio p̄tra p̄motū vt puni-
atur. s̄ in inquisitōe p̄mouendū q̄ fit ad finē vt p̄-
moueat vel repellat nō exigūt infamia. naz debet
supior ex officio inquirere ne p̄moueat indignus
vt in. c. cū nobis. j. de elec. dicit tñ q̄ ista inq̄sitō fit
sine solēnitate neq̄ recipit iuramētū neq̄ debet fi-
eri inq̄sitio de certo crimine. s̄ in genere. puta iter
rogādo de etate moribus et scia et s̄libus. dīc. n. q̄
nō sūt in h̄ necessarij testes intellige. s̄ iurati. nam
ista inq̄sitio fit solū ad informatōez ipsius superio-
ris. Et ex p̄dictis singularit̄ nō practicā quā d̄ ob-
seruare executor deputat̄ ad p̄uidendū alicui de
certo beneficio cū clausula si p̄ eū fuerit reus ido-
neus et̄. Ad em̄ tenet̄ executor pcedere cū solēni-
tate iudiciali nec recipe a testibus iuramentū s̄ po-
test formare generalē inquisitionē mō p̄dicto. sed
p̄tra h̄ ob. iste tex. vbi papa inquisiuit de certo cri-
mine vt d̄ in tex. q̄ an̄q̄ pcurator venisset ad pa-
pam cōstabat pape quasi p̄ certo q̄ iste ep̄s viola-
uerat interdictū et̄.

Statum. Qui postulationez cassa-
tam vno p̄sone innouat
est eligendi et postulandi p̄tate p̄iuatis.
Et continuat h̄. c. ad p̄cedens. tractat em̄ d̄ illa mā-
nā primo ponit narratio duplicis postulatōnis et
alterius admissio ac alterius denegatio. sc̄do po-
nit papalis approbatio ibi nos. ¶ Mo. primo tex.
h̄ aptum q̄ postulantes sciēt̄ indignū sunt p̄uari
ip̄o iure p̄tate eligendi et postulādi. p̄robat etiam
hec ista q̄ canonici vt in. c. p̄cedenti fuerūt ip̄o iur̄
p̄iuati potestate eligēdi et postulādi. q̄ colligitur
ex eo q̄ littera hic dicit q̄ isti canonici innouādo
postulationē cassatā pdiderūt p̄uilegiū eis cōces-
sum p̄ papā. ¶ Itē dicit tex. q̄ isti canonici fuerūt
abusi dignitate sedis ap̄lice. q̄ papa in. c. p̄ceden-
ti gratiose p̄cesserat istis q̄ possent de numero eli-
gere. nam de iure nō poterāt. et sic facit iste tex. p̄
his que dicit in. c. p̄cedenti. puta q̄ sicut innouan-
tes postulatōem cassatā ip̄o facto p̄iuant̄ ita et po-
stulātes a prin. sciēt̄ indignū. ¶ Mo. sc̄do q̄ sic
habentes p̄tatem eligendi et postulandi a iure cōi-
p̄iuant̄ coip̄so p̄tate eligendi postulādo indignū
ita p̄iuant̄ h̄ntes potestatē eligendi ex p̄uilegio
si postulant sciēt̄ indignū. ¶ Mo. tertio q̄ ab-
utentes p̄uilegio sibi p̄cesso sunt illo p̄iuati seu
saltē debent p̄iuari. ¶ Mo. quarto vnā regulā in
materia electionis q̄ aliquib⁹ p̄iuatis p̄tate eligē-
di illoz potestas deuoluit̄ ad illos canonicos licet
numero pauciores. et sicut vnū totū ius collegij re-
sident in nō delinq̄ntes. et idem dic eadē rōne in ali-
is actibus capitularib⁹. nā si oēs essent inhabiles
puta q̄ excōicati vel suspēsi tota potētia capitula-
ris residet penes habiles s̄ ibi faciāt minorē p̄tem
collegij vt h̄. q̄ hoc casu isti rep̄ntant totū collegi-
um cū p̄uati et inhabiles nō sint cōputandi in nu-
mero. ad h̄ q̄ le. et no. in. c. illa. j. d̄ elec. vide bo. gl.
in. de. q̄d circa eo. ti. ¶ Itē no. q̄nto ex hoc et ex tex.
q̄ in delictis illud q̄d fit a maiori p̄te non censet̄ fa-
ctum ab oibus imo maior p̄s venit puniēda dū-

taxat. minor x̄o p̄s q̄ p̄tradixit nō inuoluit̄ pecca-
to alioz nec pena peccati vt satis colligit̄ h̄. et vide
ad h̄ Inno. in. c. j. de his q̄ fi. a ma. p̄te ca. vbi no-
tabiliter dicit h̄ pcedere q̄ minor p̄s exp̄sse cōtra
dicit secus si tacer. nam tūc inuoluit̄ peccato et pe-
na peccati vnacū exp̄sse p̄sentientib⁹. q̄d dicitur sin-
gulariter no. et p̄t esse ratō q̄ ex quo q̄s vocat̄ ad
vniuersitatē d̄z aut p̄sentire aut p̄tradicare. vñ cū
teneat loqui seu p̄sulere affirmatiue vel negatiue
tacendo habet̄ p̄sentiente in suū p̄iudiciū. ar. in
c. p̄cedēti. et q̄d ibi dixi. et i. c. ij. de p̄se. li. vj. et mel-
ius in. l. de etate. s̄. q̄ tacuit. ff. de interro. act. facit
c. si tibi abfuit iuncta glo. de p̄ben. li. vj. et aduerte
q̄ p̄dicta pcedunt q̄ pena apponēda p̄cernit sin-
gulos. tūc em̄ pauciores p̄tradictes nō puniunt̄
Sed dubiū est q̄ ex delicto venit pena imponen-
da p̄cernēs ip̄am vniuersitatē. vtputa maior p̄s
vniuersitatis alicui⁹ ciuitatis cōmisit rebellionē
p̄tra principē. minor x̄o p̄s in p̄silio p̄tradixit nihil-
ominus maior p̄s rebellauit totā ciuitatē nūquid
debeat puniri tota ciuitas cū non possit tñ sine di-
scrimine minoris p̄tis que nō p̄sensit. De hac q̄oue
vide p̄ Inno. in. c. grauē. de sen. ex. plen⁹ p̄ Bar.
in. l. aut facta. ff. de penis. tetigi in. c. dilect⁹. de si-
mo. vbi tractauit an et q̄ vniuersitas possit accusa-
ri et qualr sit puniēda. vide etiā aliqd p̄ Bar. in tra-
ctatu de tyrāno. Tñū tñ tene mētī q̄ nō d̄z vniuer-
sitas seu ciuitas aliqd facere nisi illud deliberatuz
fuerit collegialr. vnde si maior p̄s h̄ ciuitatis face-
ret aliquē insultū vel rebellionē non d̄z dici q̄ ciui-
tas fecit ex q̄ nō fuit illud deliberatū collegialr. ita
dicit gl. no. et bene. in. l. sicut. ff. q̄d cuiusq̄ vniuer-
sequit̄ Bar. in. d. l. aut facta. facit q̄d no. glo. in. c.
j. de re. ec. nō ali. li. vj. ¶ Mo. vltim⁹ q̄ sic potestas
p̄tis delinquentis residet in aliā p̄tem q̄ eligentes
habēt p̄tatem a iure cōi. vt in. c. cū in cūctis. et in. c.
cū vintoniēsis. de elec. ita deuoluit̄ p̄tās q̄ eligē-
tes habent p̄tatem ex p̄uilegio vt hic. Et ex his in-
fero ad q̄onem. pone q̄ p̄tās eligēdi fuit data p̄ ca-
nonicos trib⁹ cōpromissarijs quoz duo sciēt̄ ele-
gerūt indignū. tertio elegit idoneū. q̄rit nūquid
valeat electio ist⁹ tertij. vide q̄ sic q̄ p̄tās duozū
resedit in istū. ar. h̄. s̄ p̄trariū est vey. q̄d istd. c. lo-
quit̄ q̄n aliqui eligūt collegialiter iō tota p̄tās resi-
det penes eligētes idoneū. S̄ in casu p̄misso com-
promissarij nō eligūt vt collegiū. sed vt singuli ha-
bentes potestatē a collegio. Tñde p̄tās cōpromis-
sarioz eligentiū indignū deuoluit̄ ad cōpromittē-
tes. vt in. c. si cōpromissarij. de elec. li. vj. reperit̄ q̄
electio ab vno tñ facta. et h̄ac opi. sensit̄ Jo. an. in
c. cū in iure. et c. q̄ p̄pter. j. de elec. ¶ In glo. pe. f
fi. no. singularit̄ istā glo. ad quā quotidie fit remis-
sio cū q̄rit nūqd ius vniuersitati possit remanere
in vno solo oib⁹ alijs mortuis vel p̄iuatis. et p̄clu-
dit ista gl. q̄ sic. vñ tota potētia collegij residet in
isto solo. et h̄ac opi. glo. tenet̄ Inno. hosti. et cōmu-
niter doc. et vide p̄ Bari. p. l. sicut. ff. q̄d cuiusq̄ vni-
uer. et h̄ac opi. tenet̄ ibi glo. et Bar. Itē tñ sol⁹ non
poterit seip̄m eligere q̄ notaret̄ ambitione. vt in
c. p̄ yestras. de iurepa. nō ob. q̄ d̄z de grege aialū

quod illud pcedit in vniuersitate rex in aliatay q̄ quidem vniuersitas nō h̄ bona seu iura nec ē ibi animus hoīs in quo p̄seruet illud ius collegij merito extractis capitibus aialiu desinit grex. sed nos loquimur in vniuersitate p̄sonay q̄ h̄t bona et iura iō ius collegij residet in vno solo. Ad. c. bone allegatū. in glo. r̄ide clarius sic q̄ illi q̄s de collegio eligūt scient indignū et tūc ip̄o iure sūt p̄uati potestate eligēdi p̄ ea vice. et ideo p̄as residet in eis q̄ nō deliquit vt h̄. et in. d. c. cū vintoniēsis. q̄s eligunt indignū p̄ formā et tūc eligētes nō sunt p̄uati sed p̄uandi p̄tate eligēdi. vt in. d. c. q̄ p̄pter. et ibi notabit an valeat electio istoy si itex eligūt suata forma anteq̄ p̄uient et eis tñ p̄uatis snia deuoluitur p̄as ad illos q̄ nō peccarūt in forma tñ contēpserūt aliquē d̄ vniuersitate q̄ deberet vocari. et isto casu electio tenet. s̄ in st̄ate p̄empto d̄ electio ista cassari nō tñ p̄uanti p̄tate eligēdi lz aliud senserit h̄ glo. et p̄uiz h̄ tenuit glosator in. d. c. bone. s̄ ille solus q̄ fuit p̄empto nō potuit p̄ se eligere q̄ alij nō erāt p̄uati potestate eligēdi. s̄ nos loquimur q̄ alij sunt p̄uati vel mortui p̄ter vnū. p̄ōdera tñ glo. in eo q̄ dicit q̄ collegiū nō est in vno. nā decet ibi significatū vocis s̄ ius collegij p̄seruat in vno Quid aut̄ si oēs sūt mortui vel expulsi de collegio nūqd̄ sit extinctū collegiū et ius ip̄ius. vide Inno. in. c. ij. de no. ope. nun. et qd̄ no. in. c. cū sup. de cā pos. et p̄prie. vide bo. glo. et tene eā menti in. c. statutū. de ele. li. vj. p̄ glo. et Bar. in. d. l. sic. et p̄ eūdez in. l. si. in. fi. de collegijs illicitis. et in. l. j. ff. de acq. pos. et p̄clusio est hec q̄ aut collegiū fuit destructuz autēte collegij et ip̄o facto extinguit̄ oīa iura et p̄uilegia collegij. aut decesserunt hi oēs de collegio vel expulsi fuerūt p̄pter eoz delictū et tūc in collegio ecclesiastico p̄seruant̄ oīa iura collegij ap̄d ip̄az ecclesiā. S̄ in collegio seclari est dubiū. nā glo. in. d. l. sicut. tenet q̄ extinguit̄ collegiū ac pereit̄ iura collegij. Alij tenuerūt idē in collegio seculari qd̄ i ecclesiastico vt p̄seruet̄ ius ap̄d parietes p̄cedētes que opi. videf̄ cōior. possit tñ dici q̄ si ius collegij est collatū loco tūc nō extinguit̄ ius lz desint collegiati. potest poni exēplū q̄ desineret p̄pter guer ram vel pestē vniuersitas scholariū. iura. n. collegij p̄seruant̄ apud ciuitatē cui p̄uilegium studij collatū est. ¶ In glo. si. in. fi. Ho. ex glo. duos modos quib⁹ pōt supior p̄cedere p̄ admittēdo postulationē. prim⁹ vt dicat p̄uidemus ecclie vestre de tali p̄sona put̄ postulasti. Et p̄ ista p̄tica facit iste tex. in. x. p̄uidisti. Ali⁹ mod⁹ est vt supior dicat postulationē vestrā admittim⁹ et. Et h̄ admissio habet effectū electōis et p̄firmatōis vt dixi. s̄. c. j. et ponit Inno. istos duos modos. dicit tñ scdm̄ modū magis p̄gruū. q̄ p̄uisio nō spectat ad supiorē. habet ergo supior postulationē admittēdo vel repellere. ad. h̄. c. se. et. c. j. p̄pe finē. s̄. eo. nunq̄ tñ supior d̄z dicere postulationē p̄firmam⁹. q̄ x̄ba postulatoz dirigit̄ in ip̄m supiorē nec ius acquirif̄ postularo. Quatr̄ aut̄ se debeāt habere postulatē apud supiorē vide bo. glo. j. c. p̄ri. i. x. quā ex gfa moueat. ¶ Extra glo. Inno. ponit h̄ aliq̄s casus

in quib⁹ eligētes sūt p̄uati p̄tate eligēdi. Et prim⁹ casus q̄s postulat̄ scient̄ indignū. vt. s̄. e. c. j. Scōs q̄ postulatōez cassatā vitio p̄sone innouant vt h̄. Tertio q̄s eligūt p̄ abusu sc̄laris p̄tatis vt in. c. q̄s. j. de elec. vbi de h̄. Quart⁹ q̄s eligūt ineligibilem vt in. c. innotuit. j. de elec. Quint⁹ q̄s recipiūt postulatū vt electū vt p̄latū c⁹ electō vel postulatō est nulla. vt in. c. bone. j. ti. primo. Sextus si sunt excoīcati vel suspēsi. vt in. c. cū dilect⁹ de p̄suc. et in. c. cū inter. R. j. de elec. Septim⁹ cū nō eligūt infra t̄ps a iure p̄fixum de q̄ in. c. ne p̄ defectu. j. de elec. Octau⁹ cū postulat̄ post appellatōnē. vt in. c. bone j. ti. p̄ri. Sec⁹ dixit Inno. in electōe facta post appellatōnē q̄ electionē cū sit via ordinaria nō pōt appellatio impedire nisi ex causa iusta sit interposita. vt in. c. cū nobis. j. de elec. S̄ postulationē impedit appellatio etiā ex cā frustratoria interposita. Rōfm̄ cū q̄ postulatō d̄z esse p̄corz. vt in. c. sc̄ptū j. de ele. Refert tñ quosdā dicere nō esse in h̄ differentia inter postulationē et electōem. h̄osti. p̄cordando dicit bene aut postulatio sit sine cā vel nō a duab⁹ p̄ribus et p̄cedat p̄traria opi. vt appellatio frustratoria talē postulatōez nō impediatur. q̄ talis postulatio vincit electionē vt i. d. c. scriptū. ergo ē formoz q̄ electio. et vide p̄les alios casus p̄ h̄ost. in sūma in. ti. de elec. in. s̄. qliter. x. cauendū. et sc̄nti Et ponit circa p̄dicta Inno. duas regl̄as. Prima est q̄ valet electio facta nō vocatis illis qui sunt p̄uati vel inhabiles ad eligendū lz primo nō sit discussum an sint p̄uati. Satis enī est q̄ postea possint p̄uati. q̄ si in veritate nō habebāt p̄tatem eligendi nō erat op⁹ eos vocare. facit. c. si. d̄ suplen. ne. p̄la. et qd̄ le. et no. in. c. illa. j. de elec. Et idē dic̄ i alijs actib⁹ capitularib⁹ vt valeat act⁹ explet⁹ per h̄ites vocē in capitulo lz inhabiles et p̄uati nō fuerunt vocati nec fuerit discussum p̄ p̄uati an sint p̄uati. Secda regula est q̄ cassata electione vitio p̄sone eligētes sunt p̄uati ea vice p̄tate eligendi. vt i. c. cū in cūctis. j. de elec. qd̄ intellige q̄s elegerūt scienter indignū. Secus si ignoranter. vt in. c. innotuit. j. de elec. S̄ dubiū est quid in alijs actib⁹ capitularib⁹ nūquid disponētes rē nō legitime sint p̄uati p̄tate explicādi talē actū legitime ita q̄ potestas deuoluat̄ ad alios licet nūero pauciores. Breuo q̄ nō q̄ hoc nō repit̄ iure cautū nisi in actu electionis. vnde cū p̄uatio vocis dande sit pena nō debet extendi ad casum iure nō exp̄ssuz. p̄ h̄ facit. c. q̄ p̄pter. j. ti. p̄ri. vbi eligētes p̄tra formā nō sūt p̄uati. ad idē. c. bone. el. ij. j. de elec. vbi p̄tz q̄ eligentes aliquo sp̄reto et p̄empto nō sunt p̄uati. s̄ pena p̄uatiōis nō h̄z locū regulariter. licet minus legitime maior pars se gesserit. facit glo. in. c. si. de iurepatro. ¶ Hico. abb.

Bonememorie. Postulatō p̄ quā p̄uata vel minor vtilitas cōi vt̄ maiori p̄ferit̄ vt q̄ sit a minori q̄ tertia pte collegij admitti nō d̄z. Et p̄ma ps ponit duas discordes postulatōes. Scda vtranz repellit causas exprimēs ibi nos. Tertia mouet nouā p̄uisiōem fieri ibi mādantes. ¶ Ho.

pmo ex tex. iuncta suprascriptōe q̄ appellatione clericorū veniūt canonici. nā papa h̄ scribit clericis ra uenatis ecclie nec loquit̄ de clericis nō canonicis sed de canonicis qz ip̄i sunt q̄ h̄nt p̄tatem eligendi p̄latū. alij x̄o q̄ nō sūt canonici h̄ habeāt ibi benefi cia nō tñ sūt de capitulo nec faciūt collegiū vt in. c. dilecta. de excels. p̄la. et in. c. qz p̄pter. j. ti. primo. p̄ Inno. in. c. ij. de insti. et faciūt hec ad q̄ōnez nūqd̄ in omni materia appellatione clericorū veniunt cano nici. Do. car. p̄cludit q̄ sic. allegat vltra tex. istū. c. p̄ exēptōne de p̄uile. li. vj. vbi tex. notabilr̄ dicit q̄ si papa eximit clericos alicui⁹ ecclie etiā canonici in telligunt̄ exempti et tñ mā exēptōis est restringibil̄ cū p̄ eam p̄iudicet̄ p̄tate ordinarij. ar. xj. q. j. p̄uicir. Sic qz esse canonicū nō ponit aliqd̄ sup̄ alios deri cos nisi quaten⁹ a iure sp̄aliter eis p̄cedit ergo dicit̄ canonici venire appellatione clericorū cū nomē de rici sit nomē generis et genus infert̄ suas species. Cōtrariū tenui sup̄ rubrica de vi. et ho. de. vbi con cludo q̄ in materia restringibili appellatione clericorū nō veniūt canonici nec alij in dignitate p̄stitu ti. quia vbiq̄qz species ponit aliqd̄ vltra genus suū appellatione generis nō venit illa species. tex. est valde notabilis in. c. statutū. de elect. li. vj. vbi appellatione ecclie parochial̄ nō venit collegiata. q̄a semp̄ h̄z qualitātē collegij vltra parochiā. et ibi di cit̄ tex. h̄ p̄cedere in materia odiosa. secus in mate ria fauorabili vel indifferēti. vt ibi h̄o. p̄ Jo. an. ad idem no. dictū Inno. in. c. sedes. s. de rescrip. vbi dicit q̄ si papa dat rescriptū p̄tra titiū clericuz et q̄s dam aliōs sub illa clausula generali nō veniūt ca nonici qz sunt digniores simplicib⁹ clericis. cum q̄ canonicus habeat q̄litatez canonicar⁹ vltra alios clericos nō d̄z venire appellatione clericorū in mate ria restringibili. secus dicit̄ in materia fauorabili vt sensit̄ Frede. p̄ silio. lxxj. vbi dicit q̄ si papa cōcedit p̄uilegiū cardinali vt possit p̄ferre b̄nficia clericorū suorū decedētū rē. q̄ veniūt beneficia cano nicorū si canonici aliqui sunt sui cōmēsales qz istō p̄uilegiū nō est odiosū sed fauorabile. Ad. c. per exemptionez q̄ videt̄ multuz stringere dicit q̄ ibi fit larga interpretatō vt cuitet̄ absurditas. nā absur dum foret q̄ exempti clericis ecclie nō foret exem pti canonici q̄ sunt p̄ncipaliores in ecclia. Itē pos set p̄tingere q̄ illō p̄uilegiū als nil oparet̄. vtpu ta qz in ecclia nō sūt alij clerici p̄ter canonicos et di spositio d̄z large interpretari q̄tūcūqz penalis sit ali ter nō posset habere effectū. vt ē tex. no. in. c. si sen tentia. de sen. excō. li. vj. Ad istū tex. dicit q̄ mā ista nō erat odiosa nec poterat intelligi nisi de canoni cis. s̄ ideo appellauit hic eos clericos et non canoni cos. qz in illa ecclia rauenatēsi. sūt duo collegia ex p̄uilegio pape. vnū cardinaliū. appellat̄ em̄ car dinales p̄pter honorē nō q̄ sint cardinales. aliud est collegiū canonicorū. vñ vt papa cōprehenderet h̄ oēs vltus fuit h̄ noie generis qz oēs canonici sūt clerici. Sicut em̄ ex q̄ q̄s est h̄o est aial ita ex q̄ quis est canonicus est clericus. qz ius canonie nō cadit in laicū. vt no. glo. in. c. cū. ad. de p̄st. est tex. in. c. ij. de insti. et ibi p̄ Inno. et hec notabis ad alias ma

terias. ¶ Ho. scdo q̄ cardinalis nō eligit̄ s̄ postu larur. nā cū sit alligat⁹ ecclie romane nō h̄z liberū volarū. vnde sicut ep̄s nō p̄t eligi ad aliā sedē sed d̄z postulari. vt h̄. et i. c. fi. j. eo. ita etiā cardinalis nō d̄z eligi s̄ postulari. et h̄ac opi. tenuit host. Et opti me p̄bat iste tex. capiēdo verba p̄prie. S̄z Abb. et Egl. tenuerūt p̄trariū dicētes q̄ cardinalis nō ep̄us p̄t eligi. Et ad istū tex. r̄sident q̄ d̄bus postularūt ponit h̄ improprie quo ad cardinales. p̄prie q̄ ad ep̄m. vñ dicit̄ q̄ cardinalis fuerit hic elect⁹ et non po stulatus. De hac materia dicit̄ vt plene dicā in. c. ec clesia. el. ij. j. ti. p̄xi. ¶ Ho. q̄ h̄ ar. opti. q̄ p̄motus in cardinalē nō d̄z tenere ep̄atū salte in titulū. nāz cardinalis d̄z assistere pape qz p̄ntia sua ē sibi magi vtilis q̄ in alio ep̄atu. Ep̄at⁹ aut̄ requirit residentiaz p̄tinuā. nā durū est dimittere eccliam sine sponso. ¶ Paria. n. sunt nō habere sponsoz vel p̄sus inutilē. vt in. c. ij. de trāsla. p̄la. Cū vides hic q̄ papa noluit admittere postulationē factā de isto cardina li qz optuisset aut deserē romanā curiā aut mo rā trahere extra ep̄atū. vtrūqz aut̄ erat incōueni ens merito papa postulationē non admisit. Et sic colligit̄ ar. ex tex. q̄ cardinalat⁹ et ep̄at⁹ nō sunt cō passibiles in eade p̄sona. Nouissimis aut̄ t̄pib⁹ ser uatū est q̄ ep̄s. p̄motus in cardinalē nō p̄dit ip̄o iu re ep̄atum imo retinet illū tituluz vt p̄xi nisi papa aliter disponat et ita seruatum fuit in cardinali san cte crucis q̄ ad ep̄atuz bonosi. et cardinali scri mar celli quo ad ep̄atū senesi. Et h̄ qz pleriqz p̄sulerūt q̄. c. de multa. de p̄ben. nō h̄z locū in ep̄atib⁹ card i nalatib⁹ et similib⁹. et vey dicit̄ q̄ ad x̄ba iuri sed q̄ ad mentē putarē p̄trariū. qz potius d̄z vacare ip̄o facto vn⁹ ep̄at⁹ p̄ adeptionē alteri⁹ vel cardinalat⁹ q̄ vacet vn⁹ archidiaconat⁹ p̄ adeptionē alteri⁹ di gnitatis inferioris. De materia tñ vide q̄d notat̄ i c. dilect⁹. de p̄ces. p̄bē. vbi est p̄pria mā. ¶ Ho. q̄r to ibi de facto et de iure. q̄ allegationū que fiunt in iudicio q̄dam p̄sistūt in iure et q̄dam in facto. ex fa cto em̄ ius oriz. vt in. l. si ex plagis. in. s̄. in diuo. ff. ad. l. aquilia. ¶ Ho. quinto ibi curauim⁹ allegare q̄ iudex p̄t in causa x̄tente coram eo allegare p̄o vtraqz parte. potest ergo iudex apire dubia. p̄ces sus et allegare pleni⁹ iura facientia p̄ vtraqz pte q̄ fecerūt aduocati. et ad h̄ quotidie allegat̄ iste tex. et p̄cordat. l. j. C. vt q̄ desūt aduoca. iudices suppleāt ¶ Ho. sexto q̄ cardinales p̄sult̄ nedū romane ec clesie s̄ ton ecclie vniuersali. sunt em̄ vnū corp⁹ cū papa sicut canonici cū ep̄o. de quo pleni⁹ dicā i. c. ecclia. j. ti. p̄xi. ¶ Ho. septimo q̄ appellatione roma ne ecclie q̄nqz intelligit̄ de ecclia romana p̄ticulari ter sumpta. q̄nqz sumit̄ p̄ vniuersali ecclia. nā vni ca est ecclia tonus orbis. xxiiij. q. j. loquitur et in. c. vnico. de scisma. li. vj. ecclie x̄o p̄ticulares sunt membra istius ecclie vniuersalis. et cōsistit ecclia vniuersalis ex collectōne fidelīū. de cō. di. j. ecclia. ¶ Ho. octauo tex. ibi non imerito p̄ferentes sp̄ali vtilitati rē. q̄ vtilitas cōis est p̄ferenda speciali et maior minori. Quid aut̄ si p̄currat cōis vtilitas in diuersis p̄sonis. dicit̄ vt no. in. l. j. ff. so. ma. Ulti mo no. tres modos p̄uidendi ecclie vacanti. s̄. per

electione postulatione et nominationem. Et dicit
 Hosti. q. electio dicitur esse canonica quia dicitur caplin in ea
 seruare forma a canone prefixa. vt in. c. q. ppter. j.
 ti. pri. et si est legitime facta acquirit ius electo. vt
 in. c. cu inter canonicos. j. d. elec. postulatio vero dicitur
 esse pcoris et postquam est preterita superiori non licet postula-
 ribus ab ea recedere. vt. j. c. pri. noiatio vero debet
 esse solennis et fit sine cuius duo vel tres qui sunt excel-
 lentiores in capitulo vel alibi noiant pape et petis
 p collegiu vt papa pvideat ecclie de aliquo illorum
 Et p hac noiatione quodammodo ius acquirit noiat. ar.
 xvj. q. vlti. extra scotoz. nec pnt noiantes recedere a
 noiatione postquam facta est superiori sine cuius sicut dici-
 mus in postulatione quia vtrobiqz eadem ratio est. Ga-
 tenf tamē Inno. et Hosti. q. si postulantes seu no-
 minantes et superior a quo petitur postulatio con-
 ueniunt possunt postulates resillire non obstante ptra-
 dictione postulati seu noiat qd no. Et qd Inno.
 dixerit q. inter postulationem et noiationem est diffe-
 rentia. quia postulatio fit cu solennitate. noiatio
 vero sine. tamē non placet Hosti. dicens q. postulatō
 pprie fit de vno. noiatio de pluribus. vel postu-
 latio fit quando plures sunt in collegio. nominatio
 vero qui est vnus solus quia pprie in vno non cadit ele-
 ctio. dicit tamē q. cadit ius electōis. vt dixi. s. c. pri.
 et satis pot tenei illa opi. vt postulatō fiat de vno.
 noiano de pluribus. et intellige in noiatōe solenni q.
 fit mō p dicitō qui daf libera ptas superiori puidendi
 vni ex noiatōis. nā quedā est noiatio nō solennis. s.
 qui an scrutiniū fiendū aliqz noiat inter canonicos
 tāqz boni et sufficiens. illa enim noiatio nō tribuit ius
 noiatō. vt in. c. qd sicut. de elec. s. solū pponitur in
 collegio vt eligat si placet collegio. solēt enim noiatō
 plures et postea fit scrutiniū d oib. et hñs maiorē
 ptem vocū remanet elect. vt in. d. c. q. ppter. et h
 plus placet qz h qd ponit glo. si. Quid aut sit ppe
 electio seu postulatō dixi sup rubrica. In glo. j.
 in si. Ho. singulariter istā glo. q. solet iusto tex. qn-
 die allegari cuz qn an et qui iudex possit ex officio
 supplere. Et de materia vide aliquid p Inno. in. c.
 ad nostrā. el. ij. de iureiur. et aliqd dic p gl. xxxvij.
 di. in. c. priusqz. et xxx. q. v. iudicantē. et in spe. d. di
 spuratōne et allegatōne. s. si. q. si p totū. et p Bar. et
 Bal. in. l. j. C. vt q. defunt aduocatis. pleni p eun-
 dem Bar. in. l. iij. s. h aut iudiciū. ff. de dā. infec.
 p glo. in. c. cupientes. s. ceter. in. x. pumacia. d. ele.
 li. vj. et in. c. pia. de except. eo. li. i. s. sic publice. Et
 p declaratōne materie psequar prius aliqz casus
 quotidie occurrētes. scdo submitta vnā regulam.
 Et primo dicendū q. iudex semp pot d iure sup-
 plere siue cā sit publica siue priuata inducendo le-
 gem vel canone seu statuta loci vt voluit h glo. et
 bene. pot etiā induci lex a simili. vt no. glo. Bar. et
 Bal. in. d. l. j. palle. Scdo pot etiā supplere de
 facto in his q. sunt sibi nō vt iudici. vtputa ex ac-
 patet aliqd ius cōpetere pti qd ppter ignorātiā
 ps omittit. vt in. c. Raynald. et ibi p Inno. j. de te-
 sta. Tertio supplet in facto sibi noto vt notorio.
 vt no. p glo. et doc. in. l. j. C. q. et adūsus qz. et p glo.
 in. d. c. pia. Quarto supplet in exceptione q. red

dit iudiciū retro nullū. exemplū in. c. causam que
 j. de iudi. no. glo. in. c. j. de elec. li. vj. et Bal. in. d.
 l. j. Quinto supplet vbi vertit piculū aiā. vt in
 c. exceptionē. j. de except. no. p glo. in. d. c. cupien-
 tes. Sexto supplet circa repulsionē testiū. potest
 eū iudex ex officio suo mittere p vicinis vt videat
 ex relatione eoz an testis sit idoneus. vt in auē. d. te-
 sti. s. j. no. Bar. in. d. s. hoc aut iudiciū. pccernit. n.
 honorē et dignitatē iudicis et bonū publicū vt in-
 dignus nō admittat in testē. facit. l. quos. phiber.
 ff. de postu. Tu vero hoc intellige nisi sit tal exceptō
 que possit p ptez omitti. vtputa si testis est als ido-
 neus sed est familiaris aduerse ptis. ex quo eū ps
 nō excipit iudex nō dicitur ex officio repellere. facit qd
 in simili no. in. c. accedēs. el. j. vt lite nō ptesta. et h
 no. Jo. an. in addi. specu. in ti. de testi. s. j. Se-
 pimo supplet in fauorē publicū pferim cū pcedit
 ex officio nobili. vt in. d. s. hoc aut iudiciū. et quod
 ibi no. Idem facit ad vtilitatē eccliesaz. vt in. c. cū
 venissent. de insti. et ad vtilitatē miserabiliū psona-
 rum pupilloz et viduaz vt no. in. d. s. hoc aut iudi-
 cium. Idē fin glo. hic supplet de facto qnqz altera
 pte absente. allegat. l. si. C. de appella. et iō dixit gl.
 qnqz q. aliqui intelligūt illā. l. q. ponat casum spe-
 ciale in cā appellatōis qd no. ibi glo. Sed Bar. in.
 d. l. et in. s. hoc aut iudiciū. voluit ponere in hoc re-
 gulā q. vbiunqz iudex pot pcedere cōtra absentē
 pot supplere de facto ad vtilitatē absentis. vt testef
 pducere p absente excipe et alia facere q. incūbunt
 absti. ar. d. l. si. et in auē. qui semel. C. quō et qn iu-
 dex. et h opi. quasi cōiter hodie tenet. S3 Bal. eaz
 nō approbat i. d. l. dices q. illa lex si. dicitur qn
 iudex supplet p absente in facto sibi noto vt iudici
 vtputa p inspectionē actoz. nam nulla lex est que
 dare dicat iudicē posse inducere testes p absente.
 et hec opi. videtur verior de rigore iuris. sed opi.
 Bar. est equior et cōior. Illud tñ scias q. iudex pot
 in oi causa ex officio testes iā inductos interroga-
 re qui obscure deposuerūt. Itē interrogare ptes
 quicunqz visum sibi fuerit. vt in. c. cuz ioannes. de
 fide instru. no. glo. in. c. in pñtia. de pba. et Bar. in
 d. s. hoc aut iudiciū. Et potes circa pdicta ponere
 regulā quā faciunt Bar. et Bal. in. d. l. j. q. in his
 q. radicanf in psonā ptis. vt excipe petere pbare et si
 milita iudex regulariter nō supplet. qz non debz af-
 sumere officiū ptis et supplere ad cōmodū priuatū
 vt no. Inno. in. d. c. ad nostrā. fallit in casibus pre-
 alle. In glo. in. x. cōi. no. bñ. si. huius glo. q. qz
 nō tenet pferre bonū publicū suo priuato si priua-
 tum bonū non includit sub publico. et ideo no. gl.
 in. c. licet de regula. ratio est. quia prima charitas

Incipit a seipſa. iudex aut debet pferre bonum publicū priuato lz priuatu non includat sub publico qz bonū publicū est melius priuato. et hoc casu potest intelligi iste tex. et qd no. glo. in. l. vnica. C. de stu. libe. vrbis rome. li. xj. vbi no. q si faber habet apothecam iuxta scholam ita q impedit exercetes studiū debet per iudicem expelli propter bonum publicū quod nititur i scholarib. vt in auten. habita. C. ne filius p patre. plenius tamē dic de ista questione et de materia. vt no. per Bar. i. l. j. ff. solu. matri. ¶ In glo. in. x. in tanta ibi numerus postulantiū sit duplo maior. lz pcederet quando postulatio concurreret cū electōne alteri partis. tūc em non debz admitti postulatio nisi numerus postulantiū sit duplo maior. Sz dubiū est quid si nō pcurrat electio lz sola postulatō que fit a maiori pre capitli dūtaxat. nunquid talis postulatō possit admitti p supiorē inuita minori pre. Hof. hic tenet q sic. qz regulariter valet q fit a maiori pre capitli. vt in. c. qz ppter de elec. et in. c. j. d. his q si. a ma. p. ca. z. lxx. di. in. c. j. z. ij. nec ob. iste tex. in eo q dicit q ro. ecclia nō p̄sueuit i tanta diuisione postulatōez admittere. qz fm eum lrā nō dicit q nō p̄t lz nō p̄sueuit. Hof. dic q q ad alios supiores tūc ē dicere q papa nō p̄sueuit quantū q non debet. qz stil. romane curie facit ius q ad alios. vt in. c. ex lris. d. p̄tit. Papa tūc sibi z successoribus suis nō p̄t imponere legē sed alijs sic. vt in. c. innotuit. de elec. z sic sensit hostiē. q ali. supior citra papā nō p̄t admittere postulatōne factā a maiori pre lz oportz vt pcurrat due ptes collegij. Et no. singl. h. dictum ppter auctem hosti. Sz mihi pl. placet opi. Hof. z ad istū tex. rñdeo aliter qz ipse faciat. h. em loquit in postulatōne facta a minori qz tertia pre. z ppter hoc dicit lrā q papa nō p̄sueuit in tāta diuisione admittere postulationez. qz secus si postulatio fuisset facta a maiori pre capitli vel collegij. z sic facit heclsa optime p opi. Hof. a t̄rio sensu. p̄terea i bis q nō tangūt articulos fidei p̄suetudo romane ecclie nō extendit ad alios nisi papa lz disponeret vt in. c. j. de sum. tri. li. vj. ¶ In glo. in. x. docuit. Et no. glo. in eo q dicit iniuriā fieri postlato z postulatorib. si postulatio nō admittit sine cā. Idem no. in. c. seqn. z penul. Itā grā qñqz est debita vt si subest iusta causa illā faciendi. p q vide bo. glo. j. q vij. exigūt. et in. c. dño sancto. z in. c. vt p̄stitueret. l. di. z in. c. cupientes. in. s. penl. in glo. in. x. grā. d. elec. li. vj. z bo. tex. iūcta glo. c. di. i. c. fi. ¶ In glo. in. x. qz ex grā. ibi d̄z p̄telli p supiores. No istā glo. z tene eam menti ex q colligit qz vbi subest iusta cā p̄t supior p̄telli ad dispensandū z grām faciendū. p h. q dicit in glo. p̄cedenti. ¶ Quis aut dicat supior lz casu vide Archi. in. c. qz sit. de elec. li. vj. z qd no. in. c. ij. d. iure pa. Et potes in h. ponere duas reglas. ¶ Prima sit ista q nō p̄t dispensare super impedimēto vel defectu q tene postulatō nō p̄t postulatōne admittere licet sit ipse supior immediatus postulantiū. lz sp d̄z adiri supior q p̄t sup illo impedimēto disp̄sare. ad h. vide bo. glo. in de. j. de elec. ¶ Secda regla supior illius qui po-

test postulatōne admittere p̄t cum p̄telli ad admittendā postulatōnem si subest iusta cā ipam admittendi. Et intellige qñ cā p̄tellit vtilitatē ecclie. puta qz postulatus est potēs ad defendendā eccliam aut bene doct. aut mōrigeratus lz nō sit legitime natus. nec recipit alius p̄ quē ita bene cōsolat ecclie. Secus aut vbi causa sōtā p̄tellit p̄sonaz postulantis. vt puta est ita doct. z mōrigerat. vt mereatur disp̄sationē. lz casu supior nō p̄telli quia nō tenet de suo facere grām. Et sic reducās ad cōcordiā dictā glo. Et ex p̄missis inferē q in papā nō cadat impulsio cū nō habeat supiorē. vt in. c. lz de elec. ¶ In eadē glo. ibi de iure p̄onatus. c. pastoralis. hanc p̄ticulari glo. doctores nō approbant. qz illud. c. pastor. loquit in p̄tato a patrono cui querit ius ex p̄tatione iuxta no. in. c. cū bertold. de re iudi. sed nos loquimur in postulato cui nullū ius querit cū sit inhabil. Sz posset iudicio meo glo. saluari q ad ipos postulatē vt si fecerit aliquē ordinari vt eū eligerēt z postmodū ipso ordinato aliquē elegerūt. tenet em ista electō cū nullū ius fuisset illi acq̄sitū. Sed isti sic eligētes poterūt pueniri vt p̄uideant p̄mo in stipēdio p̄teti vt hēat vñ viuere possit ex q fecerūt eū se ordinari. et hoc voluit glo. no. in. s. s. aliud. lxx. di. z vide oīno illā gl. ¶ No. bñ si. glo. ex qua habes qualif se habere de beāt postulatē cū p̄tēt a superiori postulatōne admitti. debēt enim se fundare super grā. Sed tu intellige vt est glo. in. c. cupiētes. s. pc. i. x. gratia. de ele. li. vj. ¶ In glo. fi. in. fi. no. bñ si. glo. p̄ significato istius dictionis seu. nam vult glo. q non sit vera disiunctiua. s. potius dictionis p̄cedētis ex posttiua. cōmuniter tamen solet poni disiunctiue sed glo. procedere potest quādo ponit inter duo omnino similia. z circa differentiam inter postulationem et nominationez placet mihi magis hosti. quē. s. retuli qz dictū glo. licet dictū glo. posset etiā saluari. ¶ Nicolau.

Bone memorie. Archiepus in archiepiscopū postulat. et ex quo postulatio p̄tata est pape nō p̄t postulantes ab ea recedere sed d̄z supioris iudiciū expectari. h. d. quo ad titulū. Diuidit decretalis in. vj. ptes. ¶ In prima ponit postulationis admittēde p̄tatio p̄tra eam exceptio z replicatio. ¶ Secda apostolica p̄tatio. secunda ibi nuncijs vsqz ad. s. ceterū. ¶ In tertia temeraria z iniusta postulatio z eius repulsio p̄tationis faciēde monitio z eiusdem cōminatoria p̄tentō vsqz ibi verum. ¶ In quarta suffraganeoz ad cōcordiā reuocatio canonicoz dissensio duplicis postulatōnis z iusta innouatio vsqz ibi nec nocebat. ¶ In quinta ponit tacite obiectionis r̄fissio vsqz ibi intelleximus. ¶ In sexta ponit diffinitiuā p̄tatio archiep̄alis translatio ac pallij vtendi p̄tatio. ¶ No. primo ibi vnanimiter iuncto verbo nec nocebat. ex quo collige q illud dicit fieri vnanimiter qd ne mine discrepante sit. Dicunt em vnanimiter qz nemo discrepat. ad idem. c. fi. j. e. z. c. cum dilecti. j. d. elec. Idem dic de aduerbio p̄corditer. vt no. glo.

in de. ne romani. de elec. dixi plene in. c. nō potest
 de re iudi. Et in hoc tene menti istū tex. quia alibi
 non ita bene pbat. nā in principio hic dicit q vna
 nimitē postulauerūt archiep̄m colocen. et in. ver.
 nec nocet dicit q pariter vniuersi puenērūt in
 illum. ¶ Secōdo no. q ius eligēdi archiep̄m nō spe-
 ciat ad ep̄os suffraganeos sed ad canonicos ipsi
 ecclesie cathedralis dumtaxat. vnde ep̄i suffraga-
 nei non debent de iure interesse electioni etiā cum
 canonicis nisi tenet p̄suetudo cū ipsi eligunt vna cū
 canonicis. vt hic patet exp̄sse. ¶ Mo. tertio q p̄scri-
 bens ius eligēdi in certa ecclesia dicit p̄scripsisse
 etiā ius postulandi. hoc notant p̄bat ista littera
 in principio. nam isti suffraganei dicebāt postula-
 tionem attentatā eis cōtemptis qui ius habebant
 eligēdi vna cū canonicis. et sic ex iure eligēdi infe-
 rebant ad ius postulādi. p̄ quod infero q si extra-
 neus a collegio p̄. xl. annos semp̄ elegisset vna cū
 collegio et tunc instaret postulatō fienda debet ad-
 mitti ad postulandū vna cū alijs. Et ratio p̄t esse
 quia p̄scribens ius eligēdi habet respectū ad ac-
 quirendū ius in genere. postulatō autē est quasi
 pars electionis et p̄ postulatōnē peruenitur ad ef-
 fectū electionis. facit optime. c. in. causis. j. de elec.
 Et qd̄ dixi in. c. j. s. eo. et in. c. cum in tua. j. de deci.
 qd̄. c. optime facit. nam ibi dicit q p̄scribens ius de
 amandi in certā terrā videt p̄scripsisse quo ad oēs
 fructus qui possunt ex illa terra. puenire licet tem-
 pore p̄scriptionis soluz recipit de certis fructibus
 quia alij fructus nō fuerūt inde collecti. secus autē
 si fuissent alij fructus p̄cepti ex quibus iste nō p̄ce-
 pisset decimā. ita dicit i. p̄posito q postulatō fuis-
 set q̄nq̄ facta in ecclesia et isti suffraganei non fuis-
 sent admissi nisi tū in actu electōnis tūc p̄scripsis-
 sent ius eligēdi dumtaxat non autē postulandi.
 ¶ Mo. q̄rto q sic electō attentata aliq̄ p̄cepto v̄it ir-
 ritāda p̄cepto. p̄sequēte p̄temptū. vt. i. c. quod sicut
 et in. c. bone. j. n. p̄ximo. ita et postulatō debet irri-
 tari seu nō admitti instante p̄tempto qui debebat
 de iure vocari. ¶ Mo. quinto q electio siue postu-
 latō debet irritari nō solum q̄s fuit cōtemptus ali-
 quis qui debebat interuenire de iure cōi sed etiā
 si fuit cōtemptus ille qui debebat interesse de iure
 speciali puta de consuetudine vt hic. ¶ Mo. sexto
 q exercens aliq̄ ius ex gratia nō acquirit posses-
 sionem illius iuris. vnde si postea non admittitur
 ad exercitiū illi iuris nō potest dicitur esse spoliatus
 quia qui gratiā p̄cessit potest illam quādoq̄
 reuocare. vt in. l. cum p̄caro. ff. de p̄carijs. et in. c.
 si. eo. ti. et. xvj. q. iij. in. c. clerici. ¶ Item no. q p̄ce-
 dit iste libellus p̄to talem electionem cassari quia
 fuit facta me cōtempto. qz habeo ius eligēdi vna
 cum electoribus. videt enī p̄ hec verba inferre q
 etiā sit in possessione eligēdi. nam als iste libel-
 lus non p̄cluderet. quia ille qui non est in posses-
 sione eligēdi non dicit cōtempti si non vocat. quia
 ius vocis dande sequitur magis possessionē q̄ p̄-
 prietatem. vt in. c. cōsultationibus de iure patro.
 et in. c. querelā. j. de elec. et in. c. cum olim. de causa
 pos. et p̄prie. no. Inno. in. c. cum ana. de ele. et in. c.

in litteris. de resti. spo. Et no. in hoc diligēter istū
 tex. qz alibi nō ita bñ pbat. illa enī verba quia ius
 habeo videt p̄ma fronte concludere ius p̄prie-
 tatis et non possessionis. vt no. in. c. cum ecclesia. de
 causa pos. et p̄prie. Sed hic sit larga interpretatio q̄a
 libellus debet late interpretari vt cōcludat intentio-
 nem libellantis. vt in. l. si quis intentōe ambigua.
 ff. de iudi. le. et no. in. c. p̄stitur. de religi. do. ¶ Itē
 no. q vbi a supioze emanant duo mandata diuer-
 se forme valet quod agit fm̄ p̄imum mandatum
 ante receptionē sc̄bi licet sc̄dm̄ mandatū emanaue-
 rit anteq̄ actus expediret. Sunt enī isti excusan-
 di ex quo nondū receperant secundū mandatum.
 et ad hoc vide ho. tex. in. c. audita. s̄ resti. spo. et ibi
 plene dixi. ¶ Mo. ibi in. x. verū p̄pe si. ipsius ver-
 si. ar. opti. q vbi vniuersitas legitime cōgregat no-
 lentes venire ad vniuersitatem faciunt se alienos
 ita q totum ius vniuersitatis residet penes veni-
 entes licet fuit minor pars vniuersitatis. Hic autē
 non valet factum minoris partis. quia fecerunt
 contra formā mandati. vt. j. dicaz secus si fecissent
 fm̄ formā. Et hoc dicit p̄bat alius tex. multuz no-
 tabilis in. c. cum dilecti. j. de elec. et optime facit qd̄
 no. Jo. an. in. c. in causis. e. ti. Legiste tū hoc com-
 muniter non admittunt. dicunt enī esse necessariū
 vt iste due ptes collegij sint omnes p̄ntes. vt no.
 Bar. in. l. om̄s p̄li. ff. de iusti. et iur. S; tu vide qd̄
 dixi in. c. cum oēs. de consti. et aliquid dicit in. d. c.
 in causis. ¶ Mo. ibi in verbo nec nocebat. vna regu-
 lam in materia electionis q̄ singulariter probat
 hic et non alibi q postq̄ postulatō est p̄ntata roma-
 no pontifici non possunt postulantes ab ea recede-
 re et alij eligere vel postulare. sed debent postula-
 res expectare iudicium pape sup̄ admittendo vel
 improbando illam postulatōnē. et idem dicit do-
 ctōres cum p̄sentat̄ alteri supiozi qui potest illā ad-
 mittere qd̄ satis mihi placet ex identitate rōnis ne-
 sc; p̄trarium agendo illudere videant̄ supiozi. fac
 de. cum illuso. et variatio de renunc. Et ex hoc in-
 fertur a cōtrario sensu q anteq̄ postulatō sit p̄-
 sentata supiozi possunt postulantes variare in-
 uito postulatō adeo quod dicit Innocen. hic et se-
 quunt̄ cōmuniter oēs doctōres q nūcius missus
 ad postulatōnē p̄ntandam supiozi potest reuocari
 anteq̄ postulatō sit p̄ntata. tum quia sufficit q re-
 uocatio p̄uenit ad ip̄m nunciū seu p̄curatorem
 vt in. c. ex pte decani de rescriptis. et in. c. mādato.
 de p̄cu. tum quia ex quo postulatō nō est p̄ntata
 admittit̄ variatio vt hic a p̄trario. et ex hoc habes
 vna differentia quo ad facultatē variādi inter po-
 stulatōnē et electionē. nam in electione nō admit-
 titur variatio post publicationē scrutinij. vt in. c.
 publicato. j. de elec. Sed in postulatione admittit̄
 variatio q̄tuncunq̄ sit publicatū scrutinij et po-
 stulatō inde sit secuta. Satis enī est vt non sit su-
 p̄iozi p̄ntata vt hic. diuersitatis ratio est qz p̄ po-
 stulatōnē nullū ius acquir̄ postulatō cū sit inha-
 bilis. vnde nō h; de quo cōquerat̄ nec supioz p̄t
 conqueri ex quo sibi nō est facta p̄ntatō. et ex hoc et
 ex tex. collige vna regulā q qd̄ potest sepe variare

ostendit ius sit alteri q̄strū. sec⁹ si ius ē q̄strū alteri vt in
 cle. 7 i b̄ casu h̄z locū reglā mutare d̄ reg. iur. li. vi.
 ¶ Mo. xj. aliud dictū nōbile limitās p̄cedentē regulā
 q̄ si supior 7 postulātes p̄ueniūt admittit variatio
 etiā si postulatio sit p̄tata supiori. nā h̄ postulario
 erat p̄tata 7 tū papa dedit p̄tātē ab ea recedēdi s̄
 certa forma. 7 sic tex. est h̄ p̄ no. in. c. p̄cedenti. nec
 habet postulatus d̄ q̄ cōqueras cū ius non sit sibi
 questū vt p̄dixi. Quid autē si fecisset aliq̄s expen
 sas p̄ferim cū p̄sensu postulantū nunquid possit
 illas repetere secuta variatōe. Inno. 7 cōmuniter
 doctores sequētes dicūt q̄ nō. quia cū nō haberet
 ius fecit illas non est sine nota ambitionis. Et nō
 bene hoc dictū facit ad q̄nēz amicus tuus expen
 dit aliquid simoniace vt tibi conferret certū bene
 ficiū nunquid possit a te repetere illas expēsas. di
 cendū est q̄ nō q̄ iniuste illas fecit nec etiā haberet
 actionē mandati si tu mandasses illi vt illas expē
 sas faceret. quia ex turpi mandato non orit actio.
 vt in. l. si vero nō remune. in. s̄. rei. ff. mandati. et
 est glo. no. in. l. quod vilit. ff. d̄ neg. ge. 7 tene mē
 ti hoc dictū sed respectu expēsarū postulatū vide q̄b
 legit et no. in glo. in si. in. c. cupientes. de elec. li. vi.
 7 distingue vt ibi. ¶ Mo. xij. q̄ eligentes non sal
 uant cōsciētā suam eligēdo illū cui⁹ plenā noticiā
 non habēt. Et no. tex. in eo q̄ dicit plenā. vnde dicit
 Jo. an. 7 b̄ q̄ ignora persona nō est eligenda. ad
 hoc. j. de de. p̄ egri. quasi p̄ totū. Et hoc seruaf̄ i ro
 mana curia q̄ sup̄ idoneitate p̄sone ibidē pmouē
 de recipiunt testes. ¶ Mo. xij. q̄ vbi in loco repe
 riunt idonei nō debet p̄fici extraneus. est em̄ quis
 honorādus 7 pmouēdus in eo loco vbi suā pegit
 etatem neq̄ debet alijs obzipere stipēdia eis debi
 ta. licet hodie male seruaf̄. Et vide in hoc canonē
 antiquū pulcherrimū. in. c. nullus ep̄us detur in
 uitus. li. di. ¶ Mo. xij. q̄ vbi p̄currit honestū et
 iustū p̄ferēdū est iustū honesto. hic em̄ p̄currebāt
 ista. nā honestas cōcurrebāt ex parte ep̄isopi q̄n
 queclesiē. q̄ honestū erat vt potius promoueret
 tur ad suā sedē metropolitanā quā q̄ vnus archi
 ep̄us p̄ficeref̄ aliene sedi. Item honestus est vt
 quis pmoueat ad maiorē dignitatē quā q̄ trāsse
 rarur d̄ pari ad parē. Sed ex pte archiep̄i colocoēsi.
 cōcurrebāt iusticia cum ipse fuisset postularus ab
 omnibus q̄ habebāt ius postulādi lz diuersis tem
 porib⁹ cōsensissent vt i l̄sa. ¶ Ultimo no. q̄ postu
 lato p̄t approbari ex cōsensib⁹ singlarit̄ superue
 niētib⁹. nā postulatō istius archiep̄i colocoēsi. fu
 it corroborata ex p̄sensibus suffraganeorū postea
 singlarit̄ accedentibus. q̄b an possit de iure indi
 stincte fieri dicā sup̄ glo. penl. ¶ In glo. in x̄bo de
 gratia. ibi. ne p̄sumat sibi ius causare in posterū.
 ¶ Ad bene hāc p̄ticulam glo. videf̄ enī sentire q̄ nō
 debeat p̄sumi gratiosa cōcessio in exercitio alicui⁹
 iuris sed potius d̄z p̄sumi q̄ vtēs intēdebat vt i
 iure suo. Et facit h̄ ad q̄nēz. pone q̄ aliq̄s fuit in
 possessione iuris eligendi vel alterius iuris demū
 excludit ab exercitio illius iuris penit iste nunc se
 restitui obijcit q̄ gratiose fuit admissus ad exercē
 dū illud ius. iste x̄o negat grām et dicit q̄ suo iure

fuit vsus querit cui incumbat onus probandi an
 agenti an vero excipienti. ¶ Inno. refert quosdā
 distinxisse inter iura incorporalia et corporalia vt
 primo casu p̄sumat gratiosa p̄cessio secus in sc̄ba.
 Sed ipse Inno. tenet indistincte q̄ alleganti grāz
 incūbit onus p̄bādi. q̄ ex q̄ quis p̄bat se fuisse in
 possessione 7 demū abiectū ab ea debet ante omnia
 restitui cū et p̄redo ante omnia sit restituendus. vt
 in. c. in l̄tis. de re. spoli. Et hāc opi. Inno. sequit̄
 cōiter doctores. 7 mihi placet intelligendo q̄ exer
 cuerit tale quid q̄ de gratia non solet p̄cedi. vñ in
 istis q̄ nō solēt de facili p̄cedi non p̄sumit gratiosa
 p̄cessio. vt voluit ipse Inno. in p̄ma pte sue glo. 7
 Bar. in. l. j. s̄. h̄ interdicto. ff. de iure. actus p̄ua.
 In his x̄o que solēt gratiose p̄cedi nō p̄sumit q̄
 quis intendit vt iure suo nisi p̄bet saltem p̄ indi
 cia. pone exemplū amic⁹ florētini q̄n veniebat ad
 hanc ciuitatē Senesi. solit⁹ erat hospitari in domo
 amici dicem⁹ ne q̄ p̄pter aliq̄s vices acquisierat
 possessionē hospitādi. certe dicendū q̄ non quia h̄
 solet p̄cedi ex quadā amicitia vñ nō est p̄sumendū
 q̄ iste fuerit passus illū vt iure hospitandi tāq̄ iu
 re suo. vt no. Inno. in. c. cū ecclesia. de cā pos. 7 p̄
 pne. Et idē dicit q̄ extrane⁹ a collegio fuisset admis
 sus solū in capitulo. s̄ nō dedit vocem in electione
 nā p̄ hoc nō debem⁹ p̄sumere q̄ iste intendat vt iu
 re suo 7 q̄ possessionē questuerit interessendi quia
 d̄ grā solet p̄cedi nuda interessentia sine datōe vo
 cis. Et facit q̄b no. Bar. in. d. s̄. hoc interdicto. Et
 instar h̄ Inno. circa acquisitionē iurū incorporaliū
 quā materia tractauit in varijs locis p̄ferim h̄ 7
 in. c. in litteris. de resti. spo. 7 in. c. cū ecclesia. de cā
 pos. 7 in. c. ij. de in integ. resti. 7 in. c. dilectus fili⁹.
 de ca. mo. 7 in. c. conquerēte. de of. oz. ¶ S̄z circa
 materiā nrām p̄t poni h̄ reglā q̄ ad h̄ q̄ q̄s q̄rat
 quasi possessionē iuris incorporaliorū necessario
 vt p̄currant duo. p̄mo q̄ iste intenderat vt iure
 suo 7 nō iure alterius. vt in. l. si. ff. quēadmodum
 serui. ami. Ad est q̄ ad acq̄rendū possessionēz ne
 cessario requirit anim⁹ acquirentis. q̄ sine aīo et
 coepe regulariter nō acquirif̄ possessio vt in. l. licz.
 C. de acq. pos. ponit in. c. cū n̄tis de p̄cess. p̄ben.
 Sc̄do requirit q̄ exercuerit illud ius sciente 7 patē
 te aduersario in cui⁹ p̄iudiciū acq̄rebat̄ possessio.
 quia possessio istorū iurū incorporaliū inheret ossib⁹
 istius qui possidet. ideo non potest acquiri sine sci
 entia patientia illius cum ex sua patientia oriatur
 illa possessio. vt in. l. q̄tiens. ff. de serui. 7 videtur
 tex. p̄ p̄diciō in. l. ij. C. d̄ p̄scrip. lon. tem. dixi in. c.
 vigilanti. de p̄scrip. an autē sit necesse q̄ credat vt
 iure suo an sufficiat q̄ h̄ intēdat. dicit Inno. suffice
 re q̄ hoc intendar lz h̄ non credat. hostiē. dicit h̄
 vey nisi in benefacialibus. Sed tu dicit melius q̄
 ad acquirendam iustam possessionēz necesse est vt
 credat vt iure suo al̄s est in mala fide quia nō pos
 sidet cogni. domū. vt i. c. si virgo. xxxij. q. ij. S̄z
 ad acquirendā possessionē non requirit q̄ credat
 vt iure suo. sed satis est vt hoc intendar quia et p̄
 do p̄t acq̄re possessionē alteri⁹ vt in. d. c. i l̄tis. an
 aūr i dubio p̄sumat bona fides vñ mala. dic vt ple

ne dixi in .c. si diligenti. de p̄scrip. et in .c. h. de in lte. resti. et q̄tum ad p̄positū nostrū dicendū q̄ vbi cū q̄ postulatio est p̄tra ius nō p̄sumit iniusta nisi ex aliquib⁹ cōiecturis iustificet. tex. est notabilis i. c. ad decimas. de resti. spo. in. vj. facit. l. quēadmodum. C. de agri. et censl. li. xj. vnde in casu hui⁹. c. nō p̄sumet q̄ isti suffraganei essent in possessiōe eligendi bona fide q̄ hoc est p̄tra ius q̄ si eis mouet questio anteq̄ eligāt d̄sit osidere saltem colorate q̄ iure p̄tendūt ius vocis dande. et hoc casu intellige hanc glo. in fi. qd̄ no. si tñ fuissent diu in possessiōe p̄sumit bona fides. vt no. Inno. in. d. c. ij. et i hoc casu intellige. c. cum ecclia futri. de cā pos. et pp̄rie. non tñ debet interi spoliari illa possessiōe. vt no. Inno. in. in. c. in litteris. de resti. spo. et in. c. cum a. na. de elec. sed potest eis moueri q̄stio mō p̄dicto. Tñ tñ singulariter no. ex dictis Inno. dic̄ em̄ inter cetera q̄ papa vtendo aliquo iure ex plenitudine p̄tatis nō acquirit possessiōem illius iuris nec p̄scribit. Rō quia d̄sis nō dicit pati cū papa h̄ faciat ex plenitudine p̄tatis. ergo p̄scriptio non habet locum cum solū currit p̄tra negligentem. sed si papa vel imperator ex plenitudine potestatis cōcederet aliqua iura alicui et crederet princeps de inre posse concedere tunc ille qui recipit bene p̄scribit si habeat bonā fidem. ¶ In glo. in. v. desiderare ibi p̄stuat alium defensorem. istud consiliū glo. nō placet cōiter doctoribus. quia parum refert an quis faciat per se an per alium. vt in. c. pe. de pecu. deri. co. et in regu. qui per alium. de re. iur. li. vj. Et iō consulant doc. q̄ si p̄latus diffidet de iure ecclesie sue q̄ cōmunicato cōsilio capituli derelinquat illay rē vel cedat liti. Si aut̄ nollet capitū consentire tunc dicat mūde sunt manus mee. vt in. c. ephesi. xliij. di. De hac materia vide quod dixi post glo. i. c. si. de p̄scrip. et quod no. Inno. in. c. ij. de testi. li. vj. ¶ In eadez glo. ibi nisi iā publicatio scrutiniij et̄. doctores cōiter impugnat hanc glo. p̄ tex. a cōtrario sensu vbi innuitur q̄ anteq̄ postulatio sit presentata superiori possunt postulantes ab ea recedere. nō ergo obstat variatiōi sola publicatio scrutiniij. et c. publicato. quod allegat glo. loquitur in electione et nō in postulatione. nam electio innit̄ iuri. postulatio gratie. ideo facilius p̄mittit̄ recessus a postulatione q̄ ab electione. naz postulantes deliberant gratiā petere a superiore. vnde anteq̄ p̄sentetur pape ipsa postulatio possunt absq̄ alicuius iniuria velle gratiā nō petere. Sed quādo consentiunt in aliquē eligēdo tunc vident̄ p̄sentire in illum vt in sp̄suz. ideo nō possunt sine illius iniuria recedere publicato eoz consensu. ¶ In glo. in. v. temere. hec glo. in principio sentit oppositionez p̄tra tex. in eo q̄ dicit q̄ hi qui postulauerunt quin quecesserūt. ep̄m temere recesserunt a prima postulatione. nam videtur q̄ non temere immo iuste cū papa dedisset eis mandatum q̄ si diffiderēt de iure eoz prouideant sibi de p̄sona idonea. Sol. glo. prima r̄idet q̄ alia ps appellauerat. sc̄o dicit q̄ postulatio fuerat p̄stata pape ideo nō potuerūt a prima postulatione recedere. q̄ solutiōes nō p̄cedūt

da electio est facta ab eisdē electorib⁹. aut a diuers⁹
Primo casu aut p̄ma electio erat euident̄ nulla et
eligentes nō erāt priuati p̄tate eligēdi z ualet sc̄da.
vt in. c. cū terra. s. e. Si aut̄ erāt priuati p̄tate eligē-
di z ualet sc̄da. vt in. d. c. bone. in fi. Si autē prima
nō erat nulla saltē euident̄ nulla nō tenet sc̄da nō
cassata prima. vt h. z. s. e. s. d. e. s. d. e. a. u. i. m. Sc̄do casu
q̄si terna fuit facta a diuersis electorib⁹. aut ambe
electiōes fuerūt facte eodē p̄textu. aut diuiso. Pri-
mo casu uidelicet si prima electio est facta a maiori
z saniori p̄te capli. alia a minori tenet electio facta
a maiori z saniori. vt in. c. qz p̄pter. j. e. Si aut̄ vna
est facta a maiori z alia a minori. s. saniori p̄te. vt pu-
ta qz maior ps elegit ignoranter indignum. z tunc
nulla electio ualet. qz electio debet esse facta a ma-
iori z saniori. vt in. d. c. qz p̄pter. s. z. Si si maior ps ef-
fer priuata. qz elegisset scienter indignū ualere ele-
ctio facta a minori p̄te qz censet facta a toto caplo
cū tota p̄tate esset deuoluta ad minorem p̄tē. vt p̄bas
s. e. dudū. Si x̄o fuerūt facte diuiso p̄textu. z tunc
aut prima electio nō tenuit z electores erāt priuati
p̄pter delictū eorū. z tenet sc̄da electio etiam facta a
pauciorib⁹. vt est casus. s. e. bone. aut p̄ma electio
nō tenuit. tñ electores nō erāt priuati z nō tenet se-
cūda. qz nō habebāt isti solidā p̄tatem eligēdi sine
alijs. qd̄ intellige vt. s. dixi. Idē z forti⁹ si p̄ma ele-
ctio tenebat vel nō erat euident̄ nulla. vt h. z. s.
e. s. d. e. a. u. i. m. z dicūt electiōes facte eodē p̄textu
fm̄ Inno. z Lōpo. q̄si fuerūt facte omnib⁹ exsibus
in caplo z pariter eligentib⁹. Dicūt facte diuerso
cōtextu q̄si vna pars eligit postq̄ recessit alia pars
q̄d̄ p̄cedit fm̄ Inno. nisi incōtinenti ex eodē scriptu-
rio vel compromisso fuisse subsequata sc̄da electio.

I. In causis. Potestas data cōpro-
missarijs ad eligendū
plātū re nō integra reuocari nō potest. et
desinit res esse integra postq̄ cōpromissarij ince-
perūt habere tractatū. h. d. Diuidit̄ p̄ncipaliter in
tres p̄tes. In prima ponit postulati petitionē. In
sc̄da ibi nunciū x̄o. ponit electi allegationē. In ter-
tia ibi qz x̄o. primū negociū diffinit. p̄tum diffinien-
dum cōmittit. ¶ Ho. p̄mo qz caplm̄ nō solum pōt
cōpromittere p̄sonis certis p̄tatem eligēdi. s. etiaz
potest aliquos eligere p̄ quos eligunt̄ cōpromissa-
rij. qui habebāt postmodum eligere vice capli. Et
ex hoc inferit̄ qz cōpromissarij ad eligendū possunt
a p̄ncipio esse incerti. certificādi tñ p̄ ipsos quib⁹
est data potestas eos eligendi. Et ex isto tex. singu-
lari infero qz si p̄tes litigantes vel dissidētes volūt
questionē eorū in aliquē amicū eorū cōm̄ compro-
mittere. z nō possunt habere p̄cordiā de certa p̄so-
na eligenda possunt dare alicui vel aliquib⁹ pote-
statem vt ipi eligant eis arbitrū vel arbitros. z va-
lebit electio p̄ illos facta ac si ab ipsis p̄tib⁹ illi arbi-

tri fuissent electi. z in h. tene menti istū tex. z p̄ h. li-
mita. c. innotuit. de arbi. z credo hoc ibi tenuisse.
¶ Ho. qz in numero cōpromissariorū nō est vis. po-
test eis vniuersitas eos eligere in nūero sibi grato
ar. hic iuncto. c. cū in iure. z. c. cū dilectus. j. e. z qd̄
ibi dicit̄ d̄ vniuersitate ecclesiastica idē dicerē in q̄-
libet vniuersitate. vt possit potestare eligēdi sup̄io-
rem in alios cōpromittere. ar. hic. z. j. e. qz p̄pter.
z in regula q̄ p̄ aliu. facit de reg. iur. li. vj. ¶ Ho.
ibi qui p̄sturo iuramēto. qz isti cōpromissarij depu-
tati. ad eligendū p̄fit astringi iuramēto vt electiōis
negociū fideliter z canonicē explicēt. facit ad id qd̄
dixi de iuramēto arbitrorū in. c. ij. d̄ arbi. nō tamē
puto qz istud iuramētū sit de substantia. s. istud fuit
h. ex forma cōmissiōis sibi facte. ad h. qd̄ no. i. c. cū
dilecti. de p̄sue. ¶ Ho. ibi a singul̄ de caplo statu-
tum est zc. ar. qz cōpromissus sup̄ p̄tate eligēdi nō
pōt fieri nisi omnib⁹ z singul̄ canōicis p̄sententib⁹
z facit tex. j. c. qz p̄p̄. tenēt cōiter doc. h. z. i. c. qz p̄p̄
z in. c. scriptū. j. eo. vñ non sufficit h. casu maior ps
capituli. Ratio qz cuiuslibet interest singularis vt
eligat p̄ se z nō p̄ aliu. ideo quilibet potest p̄tradice-
re fiat cōpromissus. z in re cōi potior est cōditō p̄-
hibētis. vt in regula in re cōi. de reg. iur. li. vj. z in. l.
fabinus. ff. de cōi diui. z tene mēti h. dictū. imo pl⁹
dicūt cōiter hic doc. z originaliter fuit Lōpo. qz nō
ualet cōpromissum factū ab vno noie oim̄ alijs p̄-
sentib⁹ z nō p̄tradiceb⁹. qz cū ista res nō sit leuis
imo magne importātie debēt sigillatim oēs inquiri
z exp̄sse p̄sentire. Et no. h. dictū sing. nec tradas
obliuioni. ex quo pōt sumi h. regula. qz in arduis ex-
plicādis in vniuersitate debēt oēs exp̄sse p̄sentire.
nec sufficit qz act⁹ explicet p̄ alios noie aliorū. s. illi
taceant z nō p̄tradiceat. qz in re onerosa z graui d̄
interuenire p̄sensu exp̄ssus. nec taciturnitas ha-
beet p̄sensu. facit ad h. qd̄ no. Inno. in. c. in gene-
si. j. e. z glo. in regula is qui tacet. li. vj. sec⁹ pōt dici
in re leui z maxie p̄cupiscibili. vt tūc taciturnitas
habeat p̄sensu. vt no. in locis p̄all. Ex quib⁹ po-
test sumi singularis limitatio ad no. p̄ Inno. i. c. j. d̄
his q̄ si. a ma. p̄te ca. vbi no. dicit̄ qz si i caplo tractat̄
aliquid illicitū z dānabile tenent̄ illi de vniuersitate
p̄tradice. als si nō p̄dicāt habent̄ p̄ cōsententib⁹.
z inuoluūtur peccato z pene peccati cū alijs p̄sen-
tientib⁹ exp̄sse. vt istud dictū p̄cedat quo ad euitā-
dum peccatū ne sub velamine taciturnitatis pec-
catū nutriat. sed quo ad validitatē actus tene qd̄
s. dixi. z h. no. ¶ Ho. ibi. caplo publicariū. qz po-
stulatio siue electio est in caplo publicanda. z aliqui
dicunt qz etiā ip̄lo est publicanda qd̄ nō est damna-
bile fm̄ Inno. ¶ Ho. ibi qui remanserūt in. caplo
qz h. caplm̄ eligat plātū in loco capitulari. compro-
missarij isti a caplo deputati nō tenent̄ de necessita-
te in caplo eligere plātū. nā vt h. vides isti compro-
missarij secesserūt in p̄tem ad tractandū de electio-
ne canonicis remanentib⁹ in caplo. z facit ad ea q̄
dixi. s. e. qd̄ sicut. vt non sit vis in quo loco fiat ele-
ctio dūmodo fiat infra ambitū ecclesie cathedralis.
¶ Ho. ibi inhibuerūt eis ex p̄te nostra. z tene mē-
ti istū tex. p̄ p̄suetudine istorū inferiorū q̄ cū timent

molestari precipit ex pte regis seu pntis ne eis fiat iniuria. lz a rege seu pntate no habuerunt hac pntes precipiendi. na caplm pcepit hic istis copromissarijs ex pte pape ne ad vltiora pcederent. z tñ a papa nullā sup b receperūt pntem. vt colligif. j. ex. d. qz do. z dicit Jo. an. hic qz hic ponit mos istoz vulgariū quasi sentiat qz de iure tale mandatū nihil inducit. Sz tu adde vnū tex. iuriciuilis in. l. d. pupillo. in. s. siqs ipsi ptozi. ff. de no. ope. nunci. vbi fm lectu. scōam quā ibi sentit glo. z notāter defendit Bar. pbat qz siqs prestat alicui ne edificet nouuz opo z arripit iter cundi ad supiorē tal. prestatio cū arreptione itineris habet vim denūciatiōis. ita qz qdqd postea edificat veit destruēdū ac si dñūciatiō fuisset facta. nā fm Bar. ibi videt talis ex arreptione itineris ad supiorē possit sub ptectione supioris. ar. l. c. dilecti. j. d. ap. z qd no. p. Inno. z Jo. an. in. c. vt debet. c. n. p. qd pōt inferri. si timēs iniuriā sibi inferri precipiat illi ne iniuriā sibi inferat. et arripit iter cundi ad principē qz p b videt positus sub ptectione principis vt scistud pceptū cū arreptione itineris habeat vim cuiusdā appellatiōis extraiudicialis. ex quo puto qz graui⁹ venit ille puniendus qui intulit iniuriā post pceptū cū arreptione itineris qz si ista nō pcessissent. nā videt qz inferēs iniuriā ptempserit nedū ius. s. etiā sub cui⁹ ptectione iste se suposuit. qd diligēt no. z pōdera qz papa nō redarguit caplm de pcepto taliter facto. qz nō fuit factū aīo cōmittēdi falsum. sed repellēdi iniuriā quā credebāt sibi inferri si nō pnterēt reuocationi capli. ¶ Ho. ibi cāpanā pulsari fecerūt. qz vniuersitas pōt pgregari p sonū campanē vbi b ē d. more. Et no. diligēt hūc tex. p cōi obfuātia. z dicit no. Inno. sufficere b signū in minorib⁹ negocijs. s. in electionib⁹ in quib⁹ debēt absentes vocari nō sufficit sonus campanē. sed debent absentes vocari p nūciū vel lras. vt in. c. cū inter vniuersas. s. e. z. j. e. qz ppter. fac. l. fi. C. de pdi. decu. li. x. Et pōt circa hoc dari hec regula qz in negocijs qz possunt expediri p pntes qd est regulare iurē no. p. gl. in. c. ij. de testi. li. vj. sufficit vocatio p sonū cāpanē dñmōdo talis sit campana qz ipi⁹ son⁹ puenire possit ad intelligentiā existentiū in loco. s. in negocijs in quibus absentes sunt vocādi nō sufficit vocatō p sonū cāpanē. s. debēt absentes vocari mō predicto. vt in iurib⁹ pall. ¶ Ho. ibi d. pntu totius capituli intelligit esse facta. tex. no. qz illud qd fit p cōmissarium fingit esse factū p ipm cōmittentē. Vñ facit iste tex. ad qōnem notabilē z quotidianā d. qz als in facto sui pntus. Quidā testator mandauit certa bona sua distribui in pias causas fm qz videbitur suis executorib⁹ testamti. isti executores elegerunt negociū priuilegiatū. v. puta fabricā ecclie eps loci petebat quartā bonoz legator. replicabatur qz de relicto facto p fabricā non debet quarta. vt in. c. fi. de testa. replicabatur qz testator non elegerat fabricā sed executores. querebat quid iur. r. spondi qz nō debebat quarta. qz illud qd fit p executores testamti videt factū p ipm testatorē. vñ pnde est ac si ipse testator elegisset fabricā. ar. opti

mū b z in. l. vnū ex familia. s. j. ff. de le. ij. z ibi b fir mat Bar. p illū tex. z ex his habes bonā practica impedendi quartā epi qz vbi testator reliquit i genere ad pias causas facias qz executor testamenti eligat aliquā cām priuilegiatā ex qua non debeat quarta. z que sint cause priuilegiatē dic vt le. z no. in. d. c. fi. z in. c. ij. de sepul. ¶ Ho. ibi qz iam in tractatu pcesserant. tex. valde notabilē facientem ad multa ex quo pōt instrui qū negociū extraiudiciale desinit esse integrū. nam ex quo iudiciuz incepit agitari z tractari nō dicit ampli⁹ integrū. z lat⁹ psequit hic Inno. dicēs qz cū attingunt substantia ipius negocij desinit esse integrū. puta cū inceperunt tractare de psona eligenda. sec⁹ si solūmodo sint expleta aliqua primētia ad solennitatē act⁹ vt qz dixerūt missam de spūsancto elegerūt vel qd simile. facit qd le. z no. in. de. si. de p. cu. ¶ Ho. vltimo ibi vntem z necessariā inueneritis z qz epus electus vel postulat⁹ ad aliā eccliam nō d. z trāsire sine noua examinatione. z sic videt qz epus vtilis vni ecclie nō psumat vtilis alteri. vel forte b fit qz ex postfacto potuit effici inutilis. ar. in. c. veritat. de do. z p. u. z. c. licet heli. de simo. Potest etiā notari ex principio littere vnū aliō bonū dictū qz illud debet fieri p corditer qd fit p oēs nemie discrepante. secus si fiat p maiorē ptem. vnde illud qd fit per maiorē ptem nō dicit p corditer fieri. qd pbat tex. ibi cōcorditer vel tres ex illis zc. vbi tex. ponit ista vt diuersa. idēz videt pbari in. c. quorundā. j. c. li. vj. tenet glo. in de. ne romani. de cle. dixi plene i c. nō pōt. de re iudi. Et nota de notabili z quotidiana questione ad quā inducit iste tex. emanauit p coniu p pntem vniuersitati cuiusdā castri vt auidita cāpana veniret oēs ad electionē certā fiendā. demū pulsata cāpana ex centū qui erāt in vniuersitate castri cōparuerūt. xxx. dūtaxat querit nūquid isti soli possint pcedere ad electionē faciendā hāc. q. disputauit quidā Ja. dini bononien. canonicus vt b refert Jo. an. z in effectu cōclust qz ex citatio emanauit p habentē potestātē isti venientes possunt eligere. al. no. in. c. j. d. maio. z obe. sed si citatio fuit facta p nō pntem vniuersitati. sed alii quibus de vniuersitate pcurantib⁹ subdistinguit qz aut labebat tps pfixum ad eligendū z pōt mior ps pntes alios vocare ad eligendūz ne currat sibi tps. aut nō labebat tps. z tūc nō sufficit mior ps. qz b spectat ad maiorē ptem. z optet tūc qz veniat due ptes z valebit qd faciat maior ps. vt i. l. quod maior. ff. qd cuiusqz vniūsi. Jo. an. fmittit ad no. in. c. cū nobis. s. e. z ibi plenissime dixi. Sz aduerte qz ibi solū tractat ad quē spectat pfixo termi ad eligendū. z de b dicendū vt ibi. s. p. p. p. huius questionis nō tractat ibi. vñ no. ex pncipio huius questionis qz qū puocatio vniuersitatis fit p euz ad quē de iure vel psuetudine spectat puocatio vniūsitatis. tuuc talis citatō pstituit nō venientes in contumacia adeo qz venientes dūtaxat possunt explicare ea que incūbebāt agenda. licet venientes nō faciant maiorē partem. sed longe minorē. b dicit sensu Inno. in. d. c. j. de ma. z obe. sed non fuit ita

specifice locut^r. et idē sensit in. c. ij. de no. ope. nū. vbi vide et cōiter canoniste in vtroq; loco solēt trāsire cū p̄dictis. et hic etiā. s̄. admiror q̄ nō allegauit dicta legistax in p̄trariū. nec Bar. allegauit dicta canonistax. nā Bar. exp̄sse tenuit p̄trariū. i. l. oēs p̄li. ff. de iust. et iur. vbi dixit q̄ quantūcūq; vniuersitas vocet p̄ magistratū. optet tñ ad h̄ vt veniat seu valeat qd̄ sit in vniuersitate q̄ veniant salte; due ptes. vt in. l. noiationē. C. de decu. li. r. et in. l. nulli. ff. qd̄ cuiusq; vniuer. et sp̄āl̄ p̄ decisioē all. l. fi. C. de p̄di. curi. li. xj. vbi d̄z q̄ decretū nō d̄z ex ta bella recitari. q̄si dicat fm̄ eū nō sufficere q̄ tabella id est p̄ aliq̄d̄ instrumētū pulsatile puocet vniuersitas. s̄ est necesse vt veniat ipsi de vniuersitate saltem due ptes. et ita hodie practica; in tota tuscia in vniuersitatib⁹ ciuitatū. nūq; etiā aliq̄d̄ tractarēt in p̄silio nisi venirēt saltē due ptes p̄siliarioz. p̄siliū etiā ciuitatis rep̄ntat totuz p̄lim. vt no. glo. C. q̄ sit lon. p̄sue. sup̄ rubrica. mihi aut̄ plac; dicta canonistax. ar. optimū in. c. cū nob. s̄. eo. vbi dicit q̄ vocati nolētes venire faciūt se alienos. et adde glo. in de. qd̄ circa. de elec. q̄ dicit absurdū esse in nūero cōputare illos q̄ vocati venire noluerūt. p̄ hoc q̄a sicut ius vniuersitatis pōt residere i vno solo alijs remotis vel longe agentib⁹. vt no. in. c. gratuz. de postu. pla. et in. l. sicut. ff. qd̄ cuiusq; vniuersi. ita di cemus in alijs p̄tumaciter nolentib⁹ venire. absurdū nāq; est q̄ p̄tumaciā p̄ticulariū debeāt impedire negocia vniuersitatis. et ad. d. l. fi. quā p̄ se ad ducit Bar. pōt r̄nderi q̄ illa s̄a h̄ nō p̄bar. nāz habet p̄ncipalr̄ duos intellect⁹. p̄rim⁹ q̄ decretum nō debet ex tabella recitari. i. p̄ tabellionē. qz istud nō est delegabile. et fm̄ hūc intellectū illa. l. nō facit ad p̄positū. Ad. l. noiarōnē et l. nulli pōt dici q̄ nō loquunt^r qñ puocatio fuit facta p̄ p̄sidentes vniuersitati et vocati sunt in p̄tumacia. s̄ qñ vniuersitas p̄ se p̄gregat. nā optet q̄ tūc sint due ptes p̄sentes. ita sensit Inno. in. d. c. ij. de no. ope. nunci. et hec no. ¶ In glo. in. x. qz x̄o postulatio in fi. no. bñ istam gl̄. ex q̄ collige q̄ in mādato n̄ solū veniunt exp̄ssa in eo. s̄ etiā ea q̄ sunt p̄paratoria et vicina ipsis exp̄ssis. p̄sertim qñ ex non exp̄sso puenit ad id qd̄ est exp̄ssum. sicut hic data p̄tate eligēdi venit p̄tās postulādi. et idē tenuit glo. in. c. null⁹. lxj. di. in fi. glo. mag. et in. c. licet. viij. q. j. dixit tñ lhosti. hic qd̄ d̄ rigore si veniret postulatio. sed h̄ cōphendit ex quadam equitate. s̄ ego allego tñ glo. sing. in. c. j. de postu. pla. in fi. q̄ vult q̄ etiā in materia penali sub noie electionis venit postulatio cū p̄ postulationē pueniat ad ip̄am electōez. et vide qd̄ ibi dixi. et optime facit. l. oratio. ff. de spō. vbi dicit q̄ phibito matrimonio censent̄ etiā phibita spōsalia de futuro. qz p̄ ea puenit defacili ad m̄fimoniū. ad idē. l. hircor. ff. de pig. vbi p̄t; q̄ res phibita vendi nō pōt pignozari. qz p̄ pignozatiōz defacili puenit ad distractionē. vt in. l. ij. C. de iu. do. impe. ita dicam⁹ in sili q̄ cū dantes p̄tatem eligēdi intendunt vt ecclesie puidet de pastore venit oīs mod⁹ p̄ quē potest ecclesie puideri. et p̄sertim h̄ est admittēdū quan do gratiose daret p̄tās eligēdi. debet etiā tunc fieri

largissima interpretatio in p̄iudiciū p̄cedentiū. vt in c. cum dilectus. de p̄sue. et in. c. olim. de x. sig. et ad p̄traria all. in. glo. dic q̄ p̄cedunt in his q̄ nō sunt ita cōiūcta mādato p̄ncipali. ista etiā nō veniūt. ita intellige. c. cuz olim. el. j. de offi. dele. et vide qd̄ ibi dixi. ¶ In glo. in. x. cū res nō ess; integra in fi. gl̄. ista m̄strū variat in h̄ ar. residet tandē in opinione q̄ potestas data cōpromissarijs non pōt reuocari etiā re integra existēte. quia nō erat puz mādatur sed pon⁹ quedā donatio seu gratiosa p̄cessio isticō promissarijs facta. refert tñ glo. in fi. quosdā tenuisse q̄ re integra possit reuocari. et hanc sc̄dam opi. tenuerūt. Glincen. et Hof. hic. et s̄. e. cam. et lhost. h̄ dicit q̄ cū res est inteḡ nō interest istoz cōpromissarioz p̄tatem reuocari. qz poterūt ipsi in in caplo habere vocē sicut alij. s̄ si res nō est integra possit p̄tendere interesse in reuocatione p̄tatis. qz singuli sciunt quib⁹ ipsi fauebāt q̄ re integra ipsi nesciebant. vñ cū incurrerint odiū plurimoz interest eorum vt nō reuocet mandatū. hec rō lhosti. nō militaret si cōpromissarij nō essent de caplo. qz reuocata potestate nō haberēt vocē in capitulo. Alij tenētes mediā viā distinguūt et bene p̄cordādo opi. p̄trarias q̄ aut vniuersitas dedit hanc potestates ipsis cōpromissarijs gra ip̄oz cōpromissariozū vt sic eos honorarēt in actu eligēdi. et tūc p̄cedit opi. glo. vt etiā re integra non possit potestas reuocari p̄ rōnem glo. Aut hec p̄tās fuit data non fauore p̄sonaz. sed vt puideret ecclesie forte facili⁹ p̄ viā cōpromissi. ita q̄ isti fuerūt deputati nudi m̄stri et executores. et tūc p̄cedat opi. p̄ria vt re integra possit reuocari. secus re non integra. et in h̄ casu p̄cedat iste tex. et hāc distinctionē vide; approbare Jo. an. h̄ et cōiter doct. sequētes. et vide; de mente Inno. in. c. p̄stitut⁹. de p̄ces. p̄ben. et vide qd̄ ibi dixi. ¶ Nec ob. si dicat q̄ in hoc vltimo casu reuocatō deberet admitti etiā re nō integra soluto itereffe cū hoc sit de natura mandati. vt in. l. si pecunia. ff. de cōdit. cau. da. hoc etiā p̄cedit fm̄ Inno. in p̄phanis. nō aut̄ in sp̄ualibus que nō recipiūt rectā estimatōez. iuxta no. in. c. corā. de offi. dele. Et no. singu. hoc dicit et satis placet mihi p̄missa distinctio. nā p̄ma opi. p̄bari vide; in. d. c. p̄stitut⁹ intelligendo vt ibi dixi. sc̄ba opi. vide; p̄bari hoc in tex. nā fortiss̄ mū est ar. a p̄trario sensu ex quo in iure nō rep̄t cōtrarium. vt in. c. aplica. de his q̄ fi. a p̄ela. et no. in. c. publicato. j. eo. Quid aut̄ dicendū in dubio si nō apparet an fauore ecclesie. an x̄o p̄sone sit data potestas. dixit hic do. An. q̄ debem⁹ cōsiderare quid actū fuit p̄ prius. quasi velit dicere possibile esset q̄ cōpromissarij h̄ petierūt ex gratia. vñ licet x̄ba cōmissionis nō sapiāt gratiā. tñ in dubio intelligunt fm̄ ea que acta sūt. p̄ h̄ all. l. si p̄ses. ff. de pe. et l. si seruus plurium. ff. de lega. j. Si autē nō pōt apparere p̄ ea que p̄missa sunt dicit p̄sumendū q̄ pot⁹ voluerit caplm̄ puidere ecclesie q̄ facere gratiā cōpromissarijs. qz gratia nō est p̄sumēda fm̄ cuz all. c. fi. j. de transla. p̄ela. s̄ posset allegari mel⁹. l. cuz de indebito. ff. de p̄ba. in fi. et no. glo. in. l. cum quidam. ff. si cer. p̄eta. que no. dicit q̄ si dico vni tolle

hac pecuniā nō psumit donatio. sed potius mutuū vel depositū. quia nemo psumit iactare suū. vt i. c. super hoc. de renūciat. et in. d. l. cū d. indebito. et nō ex p̄dicti naturā istorū cōpromissorū. ¶ In glo. si. in si. nota bene istā glo. in si. nā sentit hic veram et cōmunē opi. que tenet in. c. bone. ij. d. postul. pla. q̄ postulatōes possūt recedere a postulatōe anteq̄ postulatō sit superiori p̄sentata licet aliud sit in electione. vt i. c. publicato. j. eo. Et ad istū tex. qui videtur obstare cū caplm nō potuerit recedere ab illa postulatōe r̄idet glo. q̄ obstabat hic caplo fides p̄stita. quia p̄miserat illis cōpromissarijs recipere illū que ipsi eligerēt. Et sic habes casū nō. i. quo a postulatōe nō potest recedi enā anteq̄ sit superiori p̄sentata. puto tamē q̄ si cōpromissarij cōsentirēt reuocationi q̄ posset caplm ab illa recedere atq̄quā esset superiori p̄sentata. quia postulator non potest p̄tendere interesse cū sibi ius non sit q̄sitū. iuxta no. in. c. pe. de postul. pla. Et ex hoc potest solui aliud cōtrariū qd̄ formari p̄t de. c. scriptū. j. e. vbi patz q̄ postulatō nō preferit electōi nisi sit facta a duplo maiori parte. Sol. illud p̄cedit quādo postulatō et electō d̄ diuersis facte cōcurrerēt. h̄ aut̄ deficiebat potestas in electorib⁹. quia eam trāstulerāt illos cōpromissarios. nec poterāt illam potestātē reuocare cū res non esset integra. ¶ Sed circa p̄dicta et circa tex. dubitat̄ vtrū in casu in quo p̄t potestas reuocari qualis debeat esse reuocatio. p̄mo tenet q̄ debet esse expressa. nec sufficit tacita. puta si capitulū re integra procederet ad aliū eligēdū. nisi em̄ reuocatio in timeē ipsi cōpromissarijs teneret electio fm̄ cū. ar. in. l. si procurator. ff. de iudi. puto h̄ dictū Inno. p̄cedere nisi p̄cederet electio capitulū nam tunc nō video quōd possit tenere electio cōpromissarij licet ignorauerit eā qm̄ ex quo res est integra pt̄as p̄māsit apud caplm. vt in. c. dudum. de p̄bendis. li. vj. Secunda vero electio reperit̄ facta post primā ergo nō debet tenere ar. eius qd̄. le. et no. in matrimonio carnali. in. c. si. de procur. li. vj. ¶ Et ex isto tex. p̄t colligi vna nōbilis differētia inter matrimoniu carnale et spūale. nā ad cōtrahēdū matrimoniu spūale sufficit dare mādātum aliquibus in genere vt h̄. sed in carnali matrimonio oportet q̄ def spūale mādātū ad cōtrahēdū cū certa persona als mādātū nō est sufficiens. vt est tex. no. in. l. generalit̄. ff. de ri. nup. et est glo. no. in p̄dicto c. si. quā tenebis semper mēti. ¶ Alterius querit̄ nūquid vnus solus d̄ caplo possit re integra reuocare cōpromissū. Inno. et Lōpost. dicūt q̄ sic qz sic a principio p̄t vnus solus resistere ne fiat cōpromissū. vt. s̄. dixi. ita vnus solus re integra d̄ posse cōpromissū reuocare. in. l. vranus. ff. de fideiuss. cōtrariū tñ tenuit hic Saf. de cal. qz ex q̄ cōpromissum est factū p̄ totū capitulū cū isti cōpromissarij sint quasi p̄curatores istius capituli et non istius singularis tñ non p̄t ipse solus reuocare. et hoc dictū plus placet mihi qz ex quo cōpromissū semel tenuit oportet q̄ maior pars cōcurrat in reuocatiōe. ar. in. c. j. de his q̄ si. a ma. par. ca. z. l. qd̄ maior. ff. ad municip. Itē querit̄ quid si vnus ex cōpromis-

sarijs esset excōmunicat⁹ nūquid vitiares tota electio. p̄cludit̄ cōit̄ docto. q̄ aut̄ est excōmunicatus publice et nō tenet electio etiā aliorū. ar. in. c. si. de procur. z. c. ad pbandū. de re iudi. Si autē esset occulte excōmunicat⁹ et tunc aut nō remanet maior pars in non excōmunicatis. puta qz erant duo cōpromissarij et tunc etiā nō tenet electio. ar. in. l. pedius. ff. de arbitris. secus si maior pars remansisset in alijs. ad qd̄ facit qd̄ no. in. c. illa. s̄. eo. et in. d. c. si. de procur. et h̄ no. qz possunt adduci ad alios actus explicandos per vniuersitatē vtrū excōmunicatō vnius inficiat totū qd̄ sit ab vniuersitate. et dicendū est vt. s̄. et vt plenius dixi in. d. c. illa. et in. d. c. si.

Cum ecclesia. De cōsuetudine p̄t canonicoz electō ad solū capitulū pertinere. h. d. et lo et quotidie allegari. p̄mo ponit̄ consultatio. Secundo respōsio ibi mādatur. ¶ Nota ibi debito obsequio r̄. iuxta glo. j. q̄ licet in ecclesia nō sit statutus numerus canonicoz nihilomin⁹ potest illa ecclesia defraudari debito obsequio canonicoz. et dic̄ q̄ dicit̄ defraudari habito respectu ad cōsuetudinē ecclesie vt si cōsueuerūt esse plurimi canonici nūc autē sunt paucissimi. et idem sentit glo. in. c. ex parte assensis. de concef. p̄ben. in. si. et vide qd̄ ibi dixi. et in hoc tene mēti istū tex. etiā pro ecclesijs regularibus in quib⁹ regularit̄ non solet esse certus numerus canonicoz. nā ex cōsuetudine antiqua p̄t deprehēdi vtrū ecclesia fraude in debito obsequio monachoz. et adde qd̄ dixi in. d. c. ex parte. ¶ Secundo nota ibi elegit̄ instituit. q̄ electio canonicoz potest p̄tinere ad vnū tñ puta ad episcopum. nā h̄ obtinuit̄ ep̄s nisi canonici habuissent meliores probationes. probat̄ q̄ per istū tex. sic in ductum q̄ sic ex cōsuetudine p̄t electō canonicoz p̄tinere ad solū capitulū ita p̄t pertinere ad solū episcopū vt hic. et facit. c. ea noscūt. j. de his que si. a pla. potest etiā p̄tinē de iure speciali ad aliū p̄latū. vt in. c. si. de insti. vbi donatio p̄bendarū in ecclesia paracef. p̄tinēbat ad quedā abbatē. dixit tamē h̄ hosti. q̄ nō p̄prie dicit̄ electio cū p̄tinet ad vnū sed potius canonicoz creatio. h̄ dictū puto procedere quando nō expectat̄ alterius cōfirmatō. nā potest receptio seu creatio pertinere ad capitulū sine alia cōfirmatōne superioris. et ex sola receptione creatur ius canonicū. facit. c. cū in ecclijs. de p̄bē. li. vj. et qd̄ no. Inno. in. c. transmissam. s̄. eo. n. vbi vide. sed si expectat̄ alteri⁹ cōfirmatio. puta qz sic h̄ consuetudo vel p̄uilegiū tunc potest dici electio h̄ ad vnū p̄tineat. nam et patron⁹ dicit̄ quodāmodo eligere. vt in. c. nobis. de iurepa. qz p̄mo elegit̄ et postea p̄sentat. vnde ex quo expectat̄ p̄firmatio superioris debet dici electio et nō creatio. h̄ dictū hosti. p̄cedit quo ad istū tex. in quo episcopus p̄tendebat p̄tē creādi canonicos et vide Inno. vbi. s̄. ¶ Nota tertio q̄ causa p̄t esse in iudicio inter ep̄m et suū capitulū absq̄ eo q̄ caplo def̄ curator ad litē licet glo. aliud senserit in. c. significauit. j. de appella. et vide qd̄ ibi dixi. ¶ Nota qd̄ libellus potest cōtinere plures petitōnes p̄tra eūdem reū. cōcordat. c. veniēs

de p̄scrip. t. c. querelā. s̄. eo. c. 3. ff. **N**o. quinto q̄ v̄t̄s iure suo nō dicit alicui facere iniuriā licet resistat volūtati etiā superioris. qz iniuria est q̄s aliqd nō iure fit in dedecus alteri. vt in. l. j. ff. de iniur. s̄ ex quo quis p̄tendit habere ius nō d̄z facere iniuriā. ad idē bo. tex. in. l. nō videt. ff. de re. iur. vbi dicitur q̄ nō videt vim facere qui p̄tendit in iudicio actione ordinaria. t̄ in h̄ no. istuz tex. iūcta glo. iij. **N**ota ibi anteq̄ ep̄iscopus memoratus. q̄ p̄sumendū est p̄ eo qui p̄bauit antiq̄orē possessionē. ad q̄d vide q̄d no. Inno. in. c. sepe. de resti. spo. et quod le. t̄ no. in. c. licet de p̄bati. t̄ p̄ Bar. in. l. cōquerer̄. C. vnde vi. **N**ota vltimo ibi generalis cōsuetudo. q̄ p̄suetudo generalis p̄uicte debet extendi ad loca particularia ipsius p̄uicte. dixit tamē hic Eḡi. q̄ non sufficeret general' cōsuetudo sine sp̄ali p̄suetudine p̄iculariū locoz. Hosti. t̄ adducit in p̄trariū. c. super eo. j. de censu. t. c. ff. de offi. archi. t̄ ita transeūt doc. Sed tu dic clarior et melius q̄ generalis p̄suetudo non debet extēdi s̄ ius cōe ad loca particularia in quibus nō est talis cōsuetudo. et idem puto vbi cōsuetudo generalis esset als multū onerosa qz nō debet extendi cū p̄e iudicio illoz qui fuerūt diligētes in nō admittēdo talem p̄suetudinem. vt no. voluit Inno. in. c. ff. de offi. archi. p̄ h̄ facit regula odia. de re. iur. li. vj. et c. cū p̄tingat. de deci. t. l. q̄d x̄o s̄ rōnez. ff. de legi. t̄ in his casibus p̄t. p̄cedere opi. Eḡi. nā ista cōsuetudo q̄ canonici eligant canonicos irrequisito ep̄o est p̄tra ius vt statim dicit sup glo. ergo p̄suetudo generalis p̄uicte nō sufficit nisi ad sit etiam p̄suetudo specialis loci. Et ad istū tex. dic q̄ caplm̄ hic nō fundabat se soluz sup hac p̄suetudine generali sed sup alijs p̄batōnib' quas induxit p̄ quas p̄bauit intentionē suā vt patet in p̄ma p̄e. c. ff. v̄t̄ p̄suetudo generalis solū hic admiculabat̄ intētiōni capli ido tex. dixit maxime si sit notoriū t̄. Idē em̄ fuisset si nō p̄currisset cōsuetudo generalis t̄ h̄ p̄pter p̄bationes capli. sed vbi p̄suetudo nō est cōtra ius nec aliter onerosa t̄c in dubijs p̄iculariuz locoz recurrendū est ad p̄suetudinē generalem p̄uicte. t̄ h̄ casu loquit. d. c. sup eo. Et aduerte qz p̄ p̄e ista nō erat p̄suetudo quaten' caplm̄ vult acq̄rere iura cōtra ep̄m sed poti' ē p̄scriptio de cui' natura est detrahere vni t̄ acquirere p̄scribenti. v̄t̄ in tali p̄suetudine imp̄prie dicta requireret̄ titulus sicut in p̄scriptōne. de quo habes glo. sing. in. c. iij. d̄ p̄sue. li. vj. que sic d̄z intelligi t̄ limitari. t̄ v̄t̄ de ibi latius p̄ Jo. an. in nouella. **I**n gl. j. ibi q̄a nō erāt distincte p̄bende. vult s̄ glo. t̄ h̄ q̄ vbi nō sunt distincte p̄bende seu certus numer' p̄bendarum t̄ canonicoz ibi nō fit deuolutio p̄tatis ad superiorē ex negligētia habētis p̄uidere seu cōferre t̄ hoc p̄bat in. c. ij. iuncto. c. ex p̄te. de p̄cess. p̄ben. nā deuolutō p̄tatis fit vbi beneficiū vacat. vt in. d. c. ij. sed vbi nō est cert' numer' non est dare vacationē. vt in. c. dilecto. de p̄ben. t̄ id q̄d tenet h̄ glo. sequit̄ ap̄tius h̄ Inno. dicit q̄ vbi p̄bende nō sūt distincte nō p̄t ep̄s supplere negligentiā licet p̄t sit cōp̄ellere habētēs. p̄uidere p̄ censurā eccl̄asticā

sed hosti. dicit t̄ meli' q̄ licet deuolutio h̄ casu nō fiat ipso iur' p̄t t̄ ep̄s assignare terminū canonicū infra quē debeāt ecclesie p̄uidere de ministris q̄d si nō fecerit poterit ep̄s lapso termino p̄uidere. ar. opti. in. c. irrefragabili. s̄. excessus. de offi. or. t. c. quanto. t. c. ad rep̄imēdū eo. ti. t. c. significauit. d̄ offi. dele. facit tex. ix. q. iij. cū scimus. t̄ h̄ dictū cōit tenet t̄ idem dixi in. d. c. ex parte astensis. t̄ iste est optimus modus supplēdi negligentiā inferioris etiam in alijs iurib' p̄scriptis p̄tra ep̄m. videt em̄ data potestas inferioribus in quātū sunt solliciti in ea explicanda. ideo data negligētia mō p̄dicto potest ep̄s supplere vt in iurib' p̄alle. t̄ h̄ no. **I**n glo. ij. ibi dico q̄ de iure cōi simul ad ep̄m t̄ caplm̄ p̄tinet collatio b̄ficiōz t̄. p̄dēra v̄ba glo. naz cū in principio formauerit questionē de collatione p̄bendaz d̄t̄at̄ nūc autē videt̄ general' cōclude re vt oim beneficiōz collatio p̄tineat de iure cōi ad ep̄m t̄ caplm̄ simul sed quaten' loquit̄ generaliter male dicit. nec. c. nobis q̄d allegat h̄ p̄bat imo contrarium cū dicat patronū debere p̄t̄are instituent dū ep̄o t̄ nullā mentōem agit de caplo. Item contra glo. est tex. in. c. cū ex iniūcto in fi. d̄ hereti. vbi dicit q̄ institutio t̄ destitutō p̄sonaz p̄tinet ad ep̄m ad idē. c. nouit. t. c. quāto. de his q̄ fi. a p̄la. vbi i in stitucionib' t̄ collationib' solū mandaf̄ inquiri capituli p̄siliū. sed forte glo. voluit intelligere de collatione p̄bendaz ecclesie cathedralis s̄ v̄sa fuit vocabulo nimis generali. Et qm̄ p̄ hac materia semper fit remissio ad istud. c. p̄sequar latius eaz v̄ltra alios v̄nde generaliter cū querit̄ ad quem de iure cōi p̄tinet. p̄uisio dignitatū t̄ beneficiōz. dic q̄ aut querit̄ de p̄laturis ecclesiaz collegiatar̄ aut de beneficijs inferiorib'. **P**rimo casu i ecclesijs cathedralibus olim p̄tinebat p̄uisio ad solū romanum pontificē. in inferiorib' aut p̄tinebat p̄uisio ad ep̄iscopum loci s̄ postea tractu t̄p̄is fuit p̄ papaz data potestas cuiuslibet collegio eligendi sibi p̄latum siue sit ecclesia cathedralis siue inferior. vt in. c. j. s̄. eo. t̄ in. c. ne pro defectu. t. c. qz p̄pter. j. eo. t. xvj. q. vj. p̄gregatio. t̄ de p̄dictis vide bo. glo. in. c. q̄q̄. de elec. li. vj. t̄ p̄ Jo. an. in regula q̄d alicui gratiose d̄ reg. iur. li. vj. in mer. p̄sertim in solutōe questiōnis. t̄ potestas p̄firmādi electos fuit data superiori immediate. v̄nde electionē abbatis p̄firmabat ep̄us loci. xvij. q. ij. in. c. j. electionē x̄o ep̄i confirmabat metropolitanus. vt in. c. se. t̄ electionē metropolitani p̄firmabat patriarcha p̄p̄rius vt i. c. antiqua. de priuile. electionē x̄o patriarche cōfirmabat sol' papa qz nō est dare aliū superiorē vt ibi. Secōdo casu principali cū querit̄ de p̄uisione alioz beneficiōz subdistinge. q̄ aut querit̄ d̄ beneficijs sitis in ecclesia cathedrali. aut d̄ beneficijs sitis in ecclesijs collegiatis inferiorib'. aut de beneficijs sonantibus i nomen rectorie. **P**rimo casu aut querit̄ de p̄bendis ipsius ecclesie cathedralis aut de dignitatibus ibidem sitis. p̄mo membro. s̄. circa p̄bēdas ecclesie cathedralis tres reperiūt̄ p̄ncipales opi. Una habet vt p̄tineat collatio ad ep̄m cū p̄sensu capituli. t̄ hanc tenuit Lōpo. h̄. p̄ qua. j. de his q̄ fi. a p̄la.

c. ea noscitur. Secunda opinio tenuit hic host. dicens quod episcopus habet hoc facere cum consilio tamen capituli. per h. c. no-
 uit. et c. quanto. de his que fi. a prela. nisi omnia bo-
 na possiderent simul per platum et capitulum quod tunc simul
 haberet explicare vel nisi interesset alicui speciali-
 ter quia tunc haberet episcopus hoc facere cum
 consensu illius. per. c. ad hoc in fi. de offi. archi. Ter-
 tia opinio ponitur hic in glo. ut simul pertineat ad
 episcopum et capitulum. et hec opinio differt a prece-
 dentibus. aliud. n. est quod simul habeant conferre. aliud quod
 episcopus cum consensu capituli. ut le. et no. in. c. unico ne se.
 va. li. vi. et hanc opinionem quod simul pertineat ad utrum-
 que tenet glo. in. c. irrefragabili de offi. ordi. et in. c.
 si. de sup. neg. pla. et in. c. j. xxj. di. et c. di. c. j. d. po-
 tifer. secuti sunt hic pbi. Cuius. et host. et pistis facit
 firmo Jo. an. in. c. quod quibusdam de fideiuss. et c. qua-
 nonnulli. §. q. v. et j. de magis. et quodammodo doc. mo-
 derni transeunt ceterum cum hac opinio. Do. de rota ter-
 gerunt deci. dx. potius recitatio opinio. istam quam dispo-
 nendo. Ego dicere sic quod aut prestat prebendas fuisse in-
 stitutas de bonis communibus ecclesie. aut de bonis alicuius
 priuare persone que illas instituit retinendo sibi
 patronatum. aut dubitatur de quibus bonis fuerunt in-
 stitute. primo casu quod ex bonis communibus ecclesie pla-
 cet mihi opinio. istius glo. ut simul ad utrumque pertineat
 creatio seu prebendarum collatio. tunc quod ex bonis commu-
 nibus institute sunt. tunc etiam quod interest omnium de ec-
 clesia habere canonicos gratos. vbi cum in hoc casu co-
 currant duo vincula dicam quod simul habeant puidere
 per illam regulam generale quod omnia tangit ab omnibus
 debet approbari. ut in. d. c. ad h. et in eo casu quan-
 do prebende habent patronum puto quod patronus ha-
 beat episcopo prestatere iuxta no. in. c. nobis de iurepa. et
 episcopus instituet cum consilio vel saltem consensu canonicorum
 sed principaliter institutio pertinet ad episcopum. ar. opti. i.
 c. nullus. xvj. q. vij. et potius requirere consilium quam con-
 sensum. ar. c. nouit. et c. quanto. de his que fi. a pla. et in
 hoc casu precedat opinio. host. ¶ In tertio vero casu cum
 sumus in dubio tenere adhuc ista glo. quod in dubio pre-
 bende presumuntur institute ex bonis communibus ecclesie. ut
 in. §. si. xij. q. j. et per h. membro et primo adde quod no.
 Inno. in. c. dilecti. de maio. et obe. vbi no. dicit quod di-
 gnitas et iura ecclesie possidentur pariter per episcopum et
 capitulum. ar. in. c. cum clericis. j. de ob. sig. Idem quod. et
 puto in pmissione dignitatum ipsius ecclesie cathedralis
 eiusdem rationibus licet doc. hic nihil dicant circa pmissio-
 nem ipsarum dignitatum. ¶ In tertio membro. scilicet circa
 pmissionem inferioris beneficii ipsius ecclesie cathedra-
 lis. puto quod solus episcopus possit illa conferre etiam sine consen-
 su vel consilio capituli. quod ista minor explicat episcopus ex suo
 officio generali. quod videtur voluisse Inno. i. d. c. no-
 uit. seu in. c. quanto eo. ti. de his que fi. a pla. et facit quod
 ipse Inno. no. in. c. si. de ma. et obe. vbi dicit gene-
 raliter quod ista minor explicat rector cuiuscumque vni-
 versitatis ex suo officio sine ipsa vniuersitate. ¶ Duo
 ad secundum casum. scilicet cum queritur de pmissione benefico-
 rum seu prebendarum ecclesie collegiate inferioris. Jo.
 cal. tenuit hic quod platus et capitulum illius ecclesie irrequisi-
 to episcopo puidere sicut pagunt alia ipsius ecclesie
 negocia nec est tanta communio inter episcopum et ecclesiam

inferiorem sibi subiectam quanta inter episcopum et ecclesiam
 suam cathedralis. ut in. c. requisisti. j. d. testa. merti-
 to aliud dicendum in prebendis ecclesie cathedralis quam in
 prebendis ecclesie inferioris. Item facit quod prebende pre-
 sumuntur institute ex bonis illius ecclesie inferioris. p-
 uideat ergo platus et capitulum illius ecclesie sicut aliorum
 bonorum habet administrationem. et hec fuit opinio. prin-
 cipaliter hosti. in. c. ij. de insti. Do. d. rota in dicta
 deci. dx. fuerunt varij. nam quidam tenuerunt quod prestatere
 pertinet ad platum et capitulum illius ecclesie inferioris. in-
 stitutio vero ad ipsum episcopum loci. sed collector decisio-
 num tenet precedentem opinio. ut pertineat pmissio ad pla-
 tum et capitulum illius ecclesie. Jo. de lig. h. tenuit opinio. pre-
 cedente ut prestatere pertineat ad ecclesiam inferiorem et
 institutio ad episcopum. et hanc secutus fuit Fre. d. senis
 p. c. c. xxij. vbi plenius videas et mihi placet hec vl-
 tima opinio. quod iura generaliter dicunt quod institutio be-
 neficiorum pertinet ad episcopum et quod ipse habet puidere de pre-
 bendis et alijs beneficijs. ad h. bo. tex. in. c. nullus
 xvj. q. vij. et in. d. c. cum ex iniuncto. optime facit. xvj.
 q. v. in. c. j. vbi no. pbat quod etiam si alienus episcopus capel-
 lam prestatere in aliena dioecesi reseruat sibi duntaxat pre-
 sentatio sicut cuiusque patrono priuato. Institutio
 vero et alia iura episcopalia reseruantur episcopo loci. ergo pre-
 sumptio quod ex bonis ecclesie inferioris fuissent institu-
 tate prebende. ex quo tamen sunt bona redacta ad spiri-
 tualia beneficia debet institutio pertinere ad episcopum. si
 vbi prebende non essent annexa canonicibus si con-
 sistent in mera temporalitate tunc teneretur opinio. contraria
 ut institutio canonicorum pertineret ad episcopum et prestatere
 ad ecclesiam inferiorem. ¶ Tertio et ultimo casu cum
 queritur de beneficijs sonantibus in nomine recto-
 ric dico quod de iure communis collatio seu institutio per-
 tinet ad solum episcopum et in maioribus beneficijs puidere
 cum consilio capituli sui in minoribus sine consilio. ut le. et
 no. in. d. c. nouit. et c. quanto. et si beneficia ista ha-
 bent patronum sicut presentatio per eum ipsi episcopo. ut in. d. c.
 nobis. Aduerte tamen quia quicunque beneficiam seu capella
 est fundata in ipsa ecclesia inferiori. et tunc puto quod
 ratione fundi rector ipsius ecclesie habebit prestatere
 vna cum patrono. nam ratione fundi acquirunt ius
 patronatus. ut in. d. c. nobis. et plene per glo. xvj. q.
 vij. in. c. pia mente. et vide quod no. glo. lxxij. di. in
 c. j. et tetigi in. c. ad audientiam. el. j. de eccle. edi. vbi
 vide. Si autem capella est edificata extra ecclesiam in
 parochia tamen alicuius ecclesie et tunc distingue quod aut ec-
 clesia parochialis contribuit in dote et habet presentationem
 vna cum patrono. ut est tex. in. d. c. ad au-
 dientiam. aut nihil tribuit et tunc non potest pre-
 tendere etiam presentationem ut pbat a contrario in
 d. c. ad audientiam. sed hoc casu prestatere pertinet ad pa-
 tronum si superest. Si autem non constat de patrono di-
 cerunt quidam quod presentatio pertinet ad parochianos
 sed tu tene quod libera collatio pertinebat ad episcopum. et idem
 dicendum de ipsa ecclesia parochiali si non constat ha-
 bere patronum. ut no. voluit Inno. in. c. cum vene-
 rabilis. in fi. de except. et Jo. an. in. c. unico. de ca-
 pel. mo. li. vi. An autem parochiani presumant patronum
 si sunt in possessione presentandi et non prestatere de alio
 patrono. vide quod no. Jo. an. in dicta regula quod

alicui gratiose. et facit ad materiā. c. j. d. reli. do. ad-
de tñ ad p̄dicta glo. sing. in. c. eā te. de eta. et quali.
que dicit q̄ si ecclesia parochialis edificat in fūdo
suo aliam ecclesiā poterit ibi ponere vicariuz et p̄la-
tus maioris ecclesie erit p̄telatus vtriusq̄. sed illaz
glo. intelligerē q̄ si ecclesia parochialis edificauit si
bi capellam vicinā quasi in adiutoriu sui nō aut̄ vt
esset beneficiū p̄ se stans. nā tunc de necessitate ha-
berit ibi p̄sentare rectorē p̄petuu quod sentit ibi
Inno. sicut seruat̄ in quolibet rectorē. p̄dicta p̄-
cedunt in institutione beneficiū seculariū. Quid
aut̄ in reformatione ecclesiarū regulariū ad quez p̄-
tinet creatio? vide glo. sing. in. c. si. de regu. li. vj. q̄
dicit q̄ ad abbatē et p̄uentuz simul nisi aliud habe-
at consuetudo. fundat̄ p. c. ea noscī. de his q̄ si. a
p̄la. qui quidē tex. p̄fecto nō p̄bat illā opi. nec aliq̄
iure p̄bat. vnde potius credo q̄ p̄tineat ad abba-
tem p. c. nullam. xvij. q. ij. et vide qd̄ dixi latius in
d. c. ea noscī. Quid aut̄ si essent mortui oēs de ec-
clesia collegiata? dic q̄ sup̄ior imediatus p̄uidebit
de p̄lato. vt no. Cōpo. in. c. ne p̄ defectu. j. eo. et se-
quif̄ Fre. de senis dicto cōsilio. xxiiij. facit qd̄ no.
glo. xvij. q. ij. c. j. hec omnia p̄cedūt nisi cōtrariuz
habeat p̄suetudo q̄ in p̄uissōe beneficiū p̄ferē iu-
ri cōmuni vt hic. et in. c. si. de insti. et in. d. c. ea noscī
tur. et in. c. abbate sane. de xbo. sig. ¶ In glo. i. x.
iniuriā ibi et si noceat aliq̄. nota bene hanc glo. iun-
cto tex. q̄ nō dicit quis facere iniuriā vtendo iure
suo licet ex tali vsu alteri puta vicino noceat vel cō-
suetā p̄moda auferat ex quo nō facit aīo iniuriā di
nā tūc posset cōueniri actione iniuriarū. vt in. l. si.
ff. de iniur. pone exemplū si habēs p̄tem dom̄ in-
feriorē facit ignē p̄ vsu suo. nā licet sum̄ ascenden-
do intret p̄ fenestrā p̄tis sup̄ior̄ ita vt noceat dño
illius p̄tis sup̄ior̄is nō pōt p̄ h̄ p̄tra eū agi ex q̄ non
facit aīo iniuriā di vel q̄si disponeret circa rem vi-
cini. de quo dicendū vt no. p̄ferim p̄ Dy. in. l. flu-
minū. ff. de dā. insec. et in. l. j. §. deniq̄. ff. de aqua
plu. ar. vbi bon̄ tex. et facit qd̄ in simili no. Inno.
in. c. si. de resti. spo. vbi dicit q̄ cū emulatiōe et iniu-
ria alterius nō licet noua castra facere nec vetera i
castellare que nō p̄bant̄ prius fuisse habitata qd̄
no. ¶ In glo. anpe. ibi cōiter referūt no. glo. q̄ q̄
duo p̄bant̄ exercuisse eundē actū in soliduz et p̄ba-
tiones sunt equales si actus ille p̄tinebat ad vtrū-
q̄ debet p̄ vtroq̄ sententari vt illū actū exerceant
cōiter q̄ in dubio debet p̄batio interpretari vt cōue-
nit nature negocij. de quo agit. iij. q. iij. si testes.
no. Inno. in. c. auditis. d̄ p̄scrip. et vide qd̄ dixi p̄
glo. in. c. licet. de p̄ba. ¶ Sed circa h̄ querit̄ p̄sup-
posito q̄ creatō canonicorū spectet ad ep̄m et caplm̄
simul quid si ipse p̄sentiat in vnū et caplm̄ in alium
quis illoz sit p̄ferend̄. Jo. an. remittit ad no. in. c.
postulasti. de p̄cess. p̄ben. tu x̄o dic q̄ neuter est ad-
mittēdus cū nemo p̄sensum habeat ep̄i et capli. ad
hoc em̄ vt teneat creatio seu receptio optet q̄ p̄cur-
rat p̄sensus ep̄i et capli seu maioris p̄tis ipsi. de q̄
vide tex. iuncta glo. in. c. vnico ne se. va. li. vj. et qd̄
dixi in. d. c. postulasti. et si nō p̄ueniūt infra sp̄s p̄fi-
xum ad p̄uidendū de quo in. c. ij. de concef. p̄ben.

set deuolutio ad sup̄iorē p̄ istoꝝ negligentia cū ve-
rum sit dicere eos nō p̄uidisse tpe debito. vt in. d.
c. ij. et d. c. postulasti. ¶ In glo. pe. ibi agebatur pe-
titorio. sentit glo. et bñ q̄ i p̄mo articulo libelli age-
batur possessorio. f. retinende ne caplm̄ imp̄dret
ep̄m in possessione sua. et p̄ hoc tacite petebat vt ca-
nonici p̄ eum instituti deberēt admitti in ecclesia tā-
q̄ canonici. nā ad validitatē institutiōis facte suffi-
cit q̄ instituens erat in possessione tpe institutiōis.
vt in. c. querelā. s. eo. et in. c. cū olim. de cau. poss. et
p̄prie. ¶ In sc̄do articulo agebat̄ petitorio puta cō-
fessoria actione q̄ dicebat ep̄s q̄ de iure p̄tinebat
ad eū potestas recipiēdi canonicos et sic petebat p̄
eo p̄nūciari sed ex defectu p̄batiōis et q̄ capitulū
melius p̄bauit d̄ iure suo succubuit ep̄s in vtroq̄
articulo.

¶ Quid dilecti. Cōpromittētes te-
nent recipere ele-
ctum a cōpromissariis si sit dignus nisi cō-
tra formā cōpromissi eū appareat electuz. et tres sūt
ptes. In primo ponit̄ allegatio p̄ electo. In secun-
da ibi verum. allegatio p̄tra electum. In tertia ibi
nos x̄o. diffinitionis cōmissio. ¶ Ho. prima q̄ po-
test potestas eligēdi simpliciter in tres p̄ caplm̄ cō-
promitti. sed est dubiū nūquid hoc casu valeat ele-
ctio facta a maiori p̄te? quidam dixerunt q̄ nō sed
optet q̄ oēs cōueniant ex quo cōpromissū fuit sim-
pliciter factū ad instar pluriū p̄curatorū datorū sim-
pliciter non in solidū. habent em̄ isti oēs simul po-
testatem ita q̄ nō valet quicquid agunt nisi oēs cō-
sentiant. ad h̄. l. pluribus. ff. de p̄cu. et c. si duo. c.
ti. li. vj. sed Cōpo. cui⁹ dictum videt̄ placere doct.
se. tenet p̄trariū q̄ valet electio facta a maiori par-
te cōpromissariorū ad instar arbitrorū. vt in. l. si in
tres. ff. de arbi. et in. c. si. j. de re iudi. et hoc dicam
mihi placet. nā sicut in iudicib⁹ valet qd̄ fit a maio-
ri p̄te alijs p̄sibus et p̄tradicentibus. vt in. d. c. si.
ita debet valere quod fit a maiori p̄te istoꝝ cōpro-
missariorū. Et ex h̄ dicto no. q̄ cū aliqui eligūt sim-
pliciter ad aliq̄d officiū exercendū tenet̄ q̄cquid fa-
cit maior p̄s minori p̄te p̄fite et p̄tradicente qd̄ tene-
ment. ¶ Ho. sc̄do q̄ metropolitan⁹ habet a iure
potestatem examinandi et p̄firmandi electionē suf-
fraganei sui. ad idem. c. nihil. j. eo. ¶ Ho. tertio q̄
potestas eligēdi potest conferri in cōpromissari-
os cum restrictione vt illuz teneant̄ eligere in quē
cōsenserint omnes de capitulo vel maior p̄s. p̄tra
quod videt̄ obf̄are. c. cum terra sup̄ eo. nam sub-
lata est libertas eligēdi quod esse nō debet vt ibi
sed responde q̄ illud p̄cedit in ipsis electorib⁹ qui
habent electionē iure p̄prio quorū libertas nō de-
bet ita restringi q̄ non dicit̄ electio vbi admittit̄ li-
bertas eligēdi. vt in. c. vbi periculū. §. ceterū. j. eo.
li. vj. ¶ Istud vero. c. p̄cedit in ipsis cōpromissariis
quorū potestas potest restringi. sunt enim isti hoc
casu quasi ministri ipsoꝝ canonicorū eligentium. et
et no. hoc dictum p̄ limitatione illius. c. cum terra.
¶ Itē no. q̄ testes singulares nō probant. p̄cor. c.
causam. j. d̄ testi. et quotidie solet ad h̄ allegari iste
tex. qd̄ tñ limita. pur no. glo. sing. in. l. ob carmen.

ff. de testi. et pange. de peru. in disputatione. q̄ incipit astensis miles. et facit q̄d no. glo. ix. q. iij. in. c. nihilominus. et c. testes. et p̄ Inno. et Jo. an. in. c. qualiter et q̄n. el. ij. de accu. ¶ Item no. et tene mēti semp̄ tex. q̄ alibi nō ita bene pbaf̄ q̄ sn̄ia lata in causa beneficiāli trāsit in rem iudicatā p̄ lapsus decennij respectu. s. p̄tradictoris sed nō in fauore beneficiati quo minus salte iudex ex officio suo possit inquirere d̄ titulo legitimo. ad q̄d vide glo. no. et q̄d ibi dicit in. c. j. de p̄ces. p̄ben. ¶ Sed p̄tra h̄ vltimū opponit de. c. tenor. et c. latoz. et c. p̄sanguinei j. de re iudi. vbi patet q̄ in causa m̄fimoniali sentētia nō trāsit in rem iudicatā ergo nec in matrimonio spiritali cuz ista iudicent̄ a pari. vt in. c. ij. de trāsl. p̄la. So. p̄trariū videt̄ difficile et soluit hosti. q̄ p̄tra legē diuinā nō trāsit sententia in rem iudicatā vt in p̄trarijs. sed p̄tra legē canonicā papa aliqui statuit vt nō trāseat sicut cum fer̄ sententia super matrimonio in gradibus humana lege p̄hibitis vt in p̄trarijs. aliqui statuit vt trāseat vt h̄. nā p̄a potest supra ius disponere. vt in. c. p̄posuit de concess. p̄ben. et cū hac solutione transeunt h̄ cōiter doct̄ que quidē solutio mihi nō videt̄ p̄fecta. quia papa nō debet disponere diuersa sine causa. nam dispositio capitulor̄ p̄ p̄trarijs allegator̄ est fūdata sup̄ peccato vt no. glo. in. d. c. latoz. vnde vbi cū q̄ iminet peccatū in obfuarōe sentētie iniuste nō trāsit sn̄ia in rem iudicatā. vt ibi no. sed in casu nostro iminet peccatū. s. q̄ p̄ surreptōis astutiā q̄s detineret dignitatē ep̄alem. s. q. j. ordinationes. et hic quare p̄t dicit̄ et melius q̄ sn̄ia trāsiuit h̄ in rem iudicatam in p̄iudiciū volentiū p̄tradice q̄ possūt ipsi p̄traditionē omittēre sine peccato cū sp̄ote veniant ad p̄tradiciendū vñ cū semel acquieuerit sentētie nō appellando nō possunt ampli⁹ p̄tradice vt in. c. q̄d ad p̄sultationē de re iudi. s̄ hec sn̄ia nō trāsit in rem iudicatā in fauore beneficiati in cui⁹ p̄sona iminet peccatū vñ sup̄ior p̄t semp̄ ex officio suo inquirere. ad h̄ q̄d no. Inno. in. c. ad aures b̄ rescrip. et optime facit tex. in. c. p̄stitut⁹. j. de appel. et p̄ glo. in. c. si forte de elec. li. vj. et in. c. j. de p̄ces. p̄ben. et pbaf̄ hoc fm̄ vñū intellectū in. x̄. nos vero. s̄ in m̄fimonio carnali peccat̄ p̄iunx̄ obfuarōe sentētiā p̄tra legē diuinā vel canonicā. vñ nō potuit acquiescere iniuste sn̄ie merito audif̄ etiā post decennij ne remaneat in peccato. q̄d intellige vt dixi in. c. iurauit d̄ p̄ba. et reprobat iste tex. apte opi. Inno. i. c. cū olim d̄ do. et p̄tu. et in. c. cū bertold⁹. d̄ re iudi. vbi dixit sn̄iam latā in cā beneficiāli nō trāsiire in rem iudicatā posset tñ saluari fm̄ distinctōez p̄missaz. ¶ Sed p̄tra p̄dicta et p̄tra tex. sc̄do op. ex quo em̄ electio fuerat solenniter p̄firmata p̄ metropolitanū nō d̄buit ampli⁹ admitti p̄tradictor. q̄ illa p̄firmatio trāsiuit in rem iudicatā ex q̄ nō fuit appellatū. p̄ h̄. c. fi. de ele. li. vj. p̄terea videt̄ in tex. q̄dam p̄dictio. sicut em̄ papa noluit admittēre oppositionē sup̄ defectu etatis p̄tendēs cām quia sentētia trāsiuerat in rem iudicatā pari ratione non debuit admittēre oppositionē q̄ electio fuerat celebrata p̄tra formā cōpromissi ex quo p̄cesserat solennis

prohibita autem censetur dispensatio quādo sine decoloratione ecclesie fieri non potest et vbi non subest causa dispensandi. j. q. vij. et si illa. z. c. tali. Permissa autem est in casu. l. di. si quis presbyter. et vide de filiis pres. c. pe. z vlti. de preben. de multa. **C**irca hanc irregularitatem querit hic Inno. de pluribus. primo quare dicatur z appelletur irregularitas. respondet q non sequuntur regulam aliorum in ordinando z sunt extra regulam aliorum. quia generaliter episcopi possunt cum omnibus dispensare vt ad ordines promoueantur z eos promouere isti sunt extra regulam promotionis quia in eis expectatur dispensatio pape z hoc stricto modo dicitur irregularitas. Alio modo magis large dicitur irregularitas z irregularis qui non potest manere in susceptis ordinibus nec promoueri ad maiores etiam post peractam penitentiam sine dispensatione vel pape vel inferioris de quibus nota j. de tempo. ordi. dilectus. **Q**uero scdo quatuorplex est irregularitas. dic q duplex. quedam est ex defectu. vt bigamia vlt illegitimus. et vide alios. l. di. non confidat. liij. di. per totum. Secundo modo dicit irregularitas ex delicto vt homicidio qm preter dispensationem pape pmoueri non potest vel etiam celebrare in ordine iam suscepto. de quibus dixi supra de tempo. ordi. dilectus. **Q**uero an irregularitas sit a iure diuino vel posituo. dic Inno. q quidam dubitant de illa bigamia que non proueniat ex defectu sacramenti z sic ex iure diuino vt patet ex dicto apostoli. oportet vnius vxoris virum. xxvj. di. c. j. z. ij. sed dic q non prouenit illa ex defectu sacramenti sed quia non posset esse horator viduitatis qui coniugia frequenter z hoc factis dixit rex. xxvj. di. in fi. vlt. dic q dato q a iure diuino inducatur hec irregularitas a solo iudicis posituo qd a solo papa possit. xxvj. di. acuti. z de bigamis debitum. vbi dicitur q a defectu sacramenti surgat quia non surgit sed est causa coadiuuans defectus sacramenti non inducens. Idem dicit de corpore vitiatu q illa irregularitas est de iure posituo. Idem dicit de qualibet alia saltem quo ad h vt soli pape reseruetur. **C**oncludens q in veteri testamento non erant irregularitates perpetue s temporales tantum vt si exhibat extra castra vlt tan gebant mortuum. nec obstat q sumus sacerdos debet habere virginem non repudiatam nec tunc erat propter defectum sacramenti sed propter predictas causas. sic z suspensi celebrantes incurrunt irregularitates quod est verum in suspensis ab officio. secus si a beneficio quia iure non reperitur. de his vid in spe. ti. ij. §. iuxta pportiones. in principio ver. sumitur. **Q**uero qui dicantur manzeres. z de differentiis inter istas species illegitimitatis. Solutio. dicit hic gl. q manzer proprie natus de scorto. Spurius de concubina. Nothus de adulterio sic dicitur notha febris que affligit sicut quartana z tamen non est. sic nothus dicitur filius qui videtur z tñ non est. Naturalis dicitur natus de concubina que i domo tenet quasi loco vxoris z talis succedit in bonis patris in duabus vncijs si alij filij non

extent nec coniung legitima. C. de naturalibus liberis. aucten. licet pater. in bonis maternis succedit cum filiis legitimis. C. ad officia. in auctenti. si qua. §. si. fido. ix. Etymologi. dicit q nothus est natus ex nobili patre z ignobili matre. cuius contrarium est spurius quasi extra puritatem gentis hosti. dicit q manzer est natus d scorto qui aliter appellatur vulgo quefitus. id est. cuius pater ignoratur. spurius proprie natus de adulterio vel alio cogitu damnato. spurius eniz est qui patrem offendit sed talem quem nominare phas est. ff. de sta. homi. l. vulgo. Nothum autem dicit natu de non ingenua z non extra domum ductus. a notha id est infamia. est ergo sensus littere q cuz notis z naturalibus facilius dispensabitur. cu manzeris z spurij non. qui fil. sint legit. per venerabilem ad fi. z vide per host. in sum. de filiis presby. §. j. ver. co. fucuit. vide in specu. de lega. §. nunc de episcoporum ad fi. §. curia romana. **A**n autem tales succedant hic glo. dicit q nati ex damnato coitu non succedunt nec pater nec mater. sed soli naturales qui sunt nati ex illa quam tenet in domo loco vxoris. secus si sunt nati ex concubina extra domum succedunt patri fm portionem supra positam et matri in totum. de quo dic vt. j. qui fil. sint legit. p. venerabile. vbi plenissime scripsi.

Clerum. hic improbat tres causas cedendi scilicet causas ocij laboris. hoc est qui vellet cedere propter labores vitados aut i cursus persecutionu vel inspirationis considerando q vita contemplatiua melior sit q actiua. **N**ota tex. contra ociosos. z nota duo principia peccatorum ocium et voluptas. **S**ecundo nota q ppter ocium et vitam contemplatiuam non videtur deferenda vita vitilis z fertilis z operatiua. sic habes vnam causam illegitimam ad cedendum. **N**ota tertio q propter labores angustias z persecutiōis incurfus non est danda episcopo licentia cedendi nec vxor vel sponsa propria relinquenda. **N**ota quarto q inter episcopum z ecclesiam est mimum spirituale quod contrahitur apud deum et fide media inter deum z episcopum recipientem ecclesiam contrahitur matrimonium cum ecclesia. **N**ota quinto pro patientibus persecutionem auctoritatem allegabilem. **N**ota tertiaz causas irrationabilem inspirationis ad cedendum z nota qui ducitur spiritu non est sub lege. **N**ota modum cognoscendi si spiritus est ex deo si qua agit ex spiritu agit non contra obedientiam nec contra superioris determinationem. **N**ota. tex. allegabile contra non habentes caritates. **N**ota q platus dicit ponere animam suam pro salute animarum subiectorum. **N**ota q propter defectum aliquorum subiectorum totum gregem non debet presul relinquere. **N**ota q omnis labor etiam sine fructu vbi non deficit ex parte operantis sed ex parte materie non est absq mercede. **N**ota ex ver. presentes. textum allegabilem que sit vitilis vita et que aliam excedat an contemplatiua an actiua q contemplatiua securior. actiua magis fructifera. **N**ota.

secundo q̄ om̄is comparatiuus presupponit suū
positiuum. ¶ Nota tertio q̄ possibile est quem
vīa vita mixta partim actiua z partim contempla-
tiua. ¶ Nota quarto q̄ facilius conceditur mona-
cho vt ascendat ad episcopatum q̄ episcopo vt de-
scendat ad monachatu. z nota q̄ dato q̄ possit ali-
beneficiarius z inferior prelatus transire absq̄ pe-
titione licentie ad monachatu vt fuit nota. sup̄
eo. admonet. non tamē potest episcopus. ¶ Op-
positum dicitur hic q̄ fide media defigēdo manū
apud extraneū episcopus sponsas ecclesiaz habet
per quod innuit q̄ deus ē extraneus a nobis. hoc
falsum. quia imo noster pater. vnde extraneus di-
ci non potest. ¶ Solutio. dicit glo. declarando te-
xtum q̄ intellectus littere est q̄ sicut fideiussor in-
cedens pro debitore dicitur apud extraneum fidē
spondere hoc est apud creditorem z pro debitore
sicut apud deum vt extraneum a promittente z ec-
clesia dicitur quis episcopus fidez ecclesie sponde-
re. z extraneus dicitur deus a creatura inquantū
ipse creator nō est. als dicit glo. fateor q̄ extrane-
us non est altero respectu quia pater dicitur cuiuslibet
xp̄iani. z quilibet xp̄ianus er̄ filius. ¶ Nota glo.
de illa dictione aliud. quia idem est z dicitur alius
q̄ extraneus. quod nota pro his que dixi d̄ resp̄.
sedes. vel secundo dicit glo. q̄ quilibet xp̄ian-
us licet filius tamen filius emancipatus est quia deus de-
dit ei liberū arbitrium faciendi quicquid libet bo-
num vel malū. vnde sicut filius emancipatus pot-
est dici extraneus in respectu ad filium in potestate.
qui nō habet liberū arbitriū est subiectus patrie
potestati ita dicitur extraneus quilibet xp̄ianus
ppter arbitriū libertatez. ¶ Opono q̄ non liceat
se cōmendare z tñ apostolus se commendauit. ibi
dum dixit se plus ceteris laborasse. xj. q. iij. si quis
vero. xvij. q. ij. quidam. in prin. vbi de b. vj. q. f.
imitare. xxij. q. v. hinc notandus. Jo. an. hic al-
legat omnes auctoritates sacre scripture p̄ z con-
tra an liceat se commendare vel non. Finaliter cō-
cludit q̄ d̄ virtutibus que sibi insunt quis licite se
commendat ex caritate vt alios ad illas inducat
vel vt a detractoribus se excuset. xxi. di. nā. lxxxj.
di. oportet. de cens. cum instantia. d̄. quia nos. s̄
laudare se causa sup̄bie vel elationis vel ad alteri-
detractionem hoc non licet vt in cōtrariis. ¶ Que-
ro an sit verum q̄ nihil proficiat bonum absq̄ ca-
ritate. doctores dicunt q̄ non quo ad vitaz eternā
p̄dest tñ ad min⁹ supplicii s̄bundū. xc. di. neq̄. et
vide q̄d no. i. q. i. quantū. Anto.

De translationem.

P Episcopus qui propter crimen renun-
ciat episcopatu z ad religionē transiit
ad episcopatum reassumi non potest. secus si re-
nunciat propter persecutionem infirmitatez de-
fectum scientie simoniam ipso ignorante cōmissaz
vel alia simili causa. ¶ Sunt tres partes. ¶ Prima
ponit postulationem z postulantium petitionem.
¶ Secunda ibi verum. ponit canones petitioni et
postulationi contrariū quod interpretatur ponē-

do casus in quibus canon obstat z in quibus nō
obstat. ¶ Tertia ibi cum ergo. committit postu-
lationem certis casibus admitendam z certis re-
pellendam. Casus. Dum quidam episcopus cese-
nas obtenta licentia cedendi iussit ad monacha-
tum in monasterio sancti friduvani Lucañ. dioce-
sis. contigit q̄ fauentina ecclesia vacāte fuit postu-
latus a quodam Joanne compromissario in quē
capitulum compromiserat de eligendo presenta-
ta fuit postulatio pape. papa cōsiderans quoddā
concilium in quo disponebatur q̄ transiēs ad mo-
nachatum de presulatu causa penitētie non pote-
rat rursus ad episcopatum reassumi. prima facie
allegauit non indifferenter tamen de iure talē ad-
mittendam postulationem cum si adesset vitium
illius concilij non erat defacili dispensabile cuz pa-
pa de facili non consueuerat contra tam solenne
concilium dispensare cum sit vnū ex quattuor pi-
ncipalibus venerandum sicut quattuor euangelia
tamen quia illud concilium non semper procedit
z in suo etiam intellectu est plurimū intelligibile.

¶ Primo excludit tres casus in quibus nō habet
locum illud concilium cum in illis casibus non p-
portionetur. ¶ Primo quando persecutiōis cau-
sa vel infirmitatis ad monasticam vitam transiit
nam tunc recuperata sanitate poterit absq̄ dubio
reassumi ad episcopalem dignitatē. ¶ Secundus
quando propter litterature defectum de episcopa-
tu descendit ad monachatum quo casu lectōis ex-
ercitio inuenta margarita scientie iterato poterit
ad episcopatu ascendere. ¶ Tertius casus quādo
cupiditate parentum per simoniaz est promotus
ad episcopatum z ppter conscientiam hoc cōstitio
transiit ad monachatu iterato licet non ad eūdē
ad aliū poterit assumi nec aliquid dicit opponi ipsi
cōcilio predicti casibus quia diuerso casu loquun-
tur. ¶ Secūdo principaliter ponit tres casus ex q̄
bus concluduntur tres intellectus ad dictum con-
cilium. ¶ Primus quando victus v̄ confessus d̄
delicto et depositus ab episcopali dignitate trans-
iit ad monachatum propter penitentiam agen-
dam. episcopatus enim sicut z cetera dignitates a
sordibus immunes fore debent. p̄ huiusmodi em̄
dignitates si bene obtente fuerint poloꝝ agmina
p̄scendimus ad que nō intrabit aliq̄d coinquina-
tum domino in euangelio teste. ¶ Secundus q̄
ppter graue crimen de quo retinendo dignitates
non poterat fructuose agere penitentiam ideo vt
ageret transiit. ¶ Tertius quando crimen com-
missit graue in quo iniuncta penitentia non potest
illam agere retento episcopatu. z sic nota q̄ omne
delictum graue impedit benefici retentionē post
peractam penitentiam. z est causa quia nō potest
digne fieri habita penitentia retēta dignitate. Pe-
nitentia enim iniuncta si contritione permixta fu-
erit delictum delet. quia sicut elementaris aqua
corporis maculam abluat sic penitentia delicti cō-
fessi et attriti onus perimit. ¶ Quartus est ca-
sus quando eo transeunte ad monachatu absq̄
eo q̄ eligat vel pmoueat vult episcopatu ad se re-

assumere non potest. ideo cum pape non constaret ob quam causam hic transiuerit ad monachatum mandauit electo rauennati quod si ex aliquo de casibus premissis mandaret quod auctoritate pape illi det licentiam transeundi dummodo causa legitima transeundi subsit maxime si cesserit loco et non dignitati. quo casu papa potius quam si non cesserit daret licentiam administrandi secum dispensando. quia talis cessio tunc presumitur facta absque crimine alio si non reperiatur in aliquo ex casibus premissis ad reassumendum transiuisse sed et renunciasse et transiuisse in casu prohibito cum nimium durum foret contra tam solenne concilium dispensare mandatum canonicis ut sibi de alio idoneo prouideant.

Nota ex supracriptione quod electus translatus non consecratus vel qui nondum habuit pallium non appellatur sub nomine archiepiscopi sed vocatur electus. ad hoc de usu pallii. nisi. et vide glossam de religiosis domi. c. j. **Et** notat Abbas quod postulatus in archiepiscopum post admissam postulationem se vocat electum. nam intelligit quod fuit postulatus quod pater quia fuit translatus ut patet ex principi. ubi post translationem. **Nota** primo quod capitulum in actu electionis faciendo potest in unum tantum de canonicis compromittere et transferre solidam potestatem eligendi. concord. supra de elect. causam. et sic numerus de quo in. c. quia propter. quo ad compromissarios non est de substantia. **Nota** tamen quod in eligendo viam compromissi exigitur quod omnes unanimiter consentiant. vnus ergo repugnans potest impedire. ad hoc notatur de elect. quia propter. **Nota** secundo quod ad translationem potestatis eligendi in compromissarium sequitur potestas postulandi. vide de elect. in causis. tex. et glo. hic sic in lata significatione postulatio comprehenditur appellatione electionis. et nota quod compromissarius potest eligere de extra collegium et sic electio passiva est libera in capitulo. vel habentem ab eo potestatem ad hoc de consuetu. cum dilectus. **Nota** tertio quod preedit hec forma talem eligo postulandum. sed dic hodie scilicet quod non tenet. ut de postula. prela. c. j. li. vi. **Nota** quarto. argu. per opinionem. quod monachus non possit eligi sed debeat postulari sed quod non. fuit in postula. prela. c. fi. sed hic erat aliud vitium. **Et** nota quod qui non valet transire ob defectum liberi consensus debet postulari saltem postulatione non solenni antequam eius postulatio superiori presentetur. debet ergo prius postulari non solenniter. secundo solenniter. de quo in dicto. c. fi. **Et** sic nota quod ubi quis est alterius potestati subiectus est inhabilis ad eligendum exiguntur due postulationes vna non solennis per quam petitur ab eo qui eius habeat potestati subiectum. **Alia** solennis per quam petitur ab eo qui cum vitio habet potestatem dispensandi. de quo tamen dic ut in. c. fi. de postula. prela. **Et** nota hic argu. quod platus absque consensu capituli potest dare licentiam clerico subiecto vel monacho transeundi ad aliam ecclesiam si eligatur. de quo dic ut in. c. si religiosus. de elec. li. vi. in glo. ordinaria. et nota quod non sufficit talem li-

centiam petere nisi obtineatur. **Nota** practica quod petende postulationis quia non debet dicere peto confirmari vel non confirmari sed peto admitti vel non admitti. vide glo. de postula. prela. gratum. **Nota** quinto unde sumitur illa regula qua dicitur quod episcopus contra concilium non dispensat. de elec. de. j. et no. de si. pres. c. fi. et de rescrip. dilectus. ubi glo. quod etiam de facili contra concilium non dispensat papa ut hic. nam si de facili papa dispensat contra concilium sequitur quod inferior dispensare non potest. et est causa quia concilium maiori nititur auctoritate quam decretum aliud simplex unde seruatur ut euangelium. **Nota** sexto hic regulam apertam quod ubi vitium non est de facili per papam dispensabile inhabilis nec eligitur nec eius postulatio admittitur. et nota quod episcopus qui transit ad monachatum non potest eligi sed debet postulari. **Nota** septimo quattuor casus in quibus de episcopatu transiens ad monachatum potest ad episcopatum reassumi. Primus quando propter persecutionem ea cessante. Secundus quando propter defectum infirmitatis ea cessante. Tertius quando propter defectum scientie scientia superueniente. Quartus quando propter simoniam eo ignorante commissam. quo casu licet non possit ad eundem potest ad alium reassumi. et nota quod cessante causa cessat effectus. et nota illud quod per exercituum electionis quis inuenit scientie margaritam. et nota quod transiens de episcopatu ad monachatum ob vitium simonie parentum ad eundem episcopatum amplius non potest reassumi licet sic ad alium. **Ulenio** ad. d. q. q. hic nota quod contrarietas non cadit circa diuersa. **Et** nota quod ad monachatum transiens de episcopatu ad se episcopatum non reassumit nec etiam reassumit si ab alio postuletur quando propter crimen maxime publicum transiuit. **Nota** quod omne crimen notorium causat irregularitatem ut saltem non possit ad dignitatem episcopalem assumi. **Nota** quod omne delictum publicum et notorium etiam pacta penitentia impedit quem promoueri. et sic causat irregularitatem et impedit ordinis executionem et beneficij retentionem. **Et** nota causam quia non potest retento beneficio dignam agere penitentiam. **Nota** quod postulatio non est admittenda nisi veritate et utilitate suadente. et sic debet subesse causa dispensandi. **Nota** episcopum posse renunciare episcopatu dupliciter. vno modo renunciando loco ordinis et dignitati. et tunc si transit ad monachatum presumitur quod ratione delicti. Secundo modo renunciando loco tunc et tunc transeundo ad monachatum non presumitur transire ratione delicti. **Nota** tres casus in decisione. Primus quando est certum quod renunciauit ex aliqua causa per quam permittitur reassumi. et tunc postulatio est admittenda. Secundus casus quando postulat quod renunciauit ex aliqua causa per quam certus est quod non permittitur reassumi. et postulatio non est admittenda. Tertius quando est dubium. et isto casu si renunciauit loco tunc presumitur transiuisse ex causa permissa. si renunciauit loco et ordini. presumitur transiuisse ex causa prohibita. vel saltem est dubium et tunc

postulatio nō est admittēda. vt hic in. x. alioquin.
 ¶ Ho. tertio q̄ potest ep̄s renūciare loco. ita q̄ nō
 ordini ep̄ali. z sic administratio nō est ab ordine in
 diuidua. ¶ Ho. q̄ renūcians loco z nō ordini p̄su
 mit nō p̄pter delictū renūciasse. q̄ si p̄pter deli
 ctum ita p̄cluderet ad ordinē sicut ad locū. ¶ Ho.
 q̄ facili⁹ papa cū criminoso cedente voluntarie di
 spensat. q̄ cū nō cedente voluntarie. ad h̄ de elec.
 si alicui⁹. ¶ Ho. q̄ papa de facto nō informat⁹ ab
 stinere debet a platione sententie donec certificet
 ad hoc de elec. dudum. xi. q. iij. graue. instruit. de
 act. s. curare. de p̄ben. d. multa. de re. iudi. cū ber
 roldus. ¶ Ho. vltimo q̄ postulas nō admittendū
 z inhabile ad postulādū exp̄sso vitio q̄ vitioz nō
 est defacili dispētabile nō priuat⁹ postulandi pote
 state vel eligendi. z sic limita. c. j. s. de postulatiōne
 pla. vel p̄ ideo quia nō priuat⁹ ipso facto compro
 missarij eligentes indignū. de elec. si cōpromissari
 us. li. vi. ¶ Hic habemus multa. petitiōnem postu
 lationis z postulatiōnē. aliquos casus in quib⁹ po
 stulatio admittit nō obstāte p̄cilio. Tres casus in
 quibus obstat z mādatum examinem⁹. Ista expe
 dio primā p̄tez z glosas exp̄dio que signant p̄tra
 duo ad litterā. ¶ Quero an trāslata potestate po
 stulandi possit eligere cōpromissarius sicut ecōtra
 rio. dicit glosa q̄ sic. sed dic de hoc vt dicā de elect.
 in causis. vbi glo. z doc. remittit z maxime h̄ p̄ce
 dit q̄ trāsfertur libera eligendi potestas cū hoc ad
 iuncto libera. ¶ Quero quis dispensat cū mona
 cho inhabili q̄ assumit ad dignitatē secularē. dicit
 hic stephan⁹ puincialis q̄ si religiosus ad ep̄atum
 vocet semp̄ ad papā recurrat. lxxij. di. zenomanē
 sem. de elec. innotuit. de eta. z qualita. a multis. di
 ctum est supra de postu. pla. c. fi. sed si vocet ad ab
 batiā vel dignitatē inferiorē ep̄atu. poterit ep̄
 scopus dispensare de eta. z quali. tuam. lv. di. p̄ci
 scis. nisi vbi papa sibi referuat. d. sen. excom. nup.
 de quo de sta. monacho. quod dei. hosti. dicit ser
 uari p̄trariū z hoc tenet. s. co. admonet. dic vt ibi
 ¶ Quero an compromissarius possit penitere
 post translationē ad missionē postulatiōnis vel eti
 am electionis confirmatiōnem. dic q̄ nō nisi aliud
 habeat in mandatis vt patet hic vbi ipsi de capi
 tulo petierūt. ¶ Vltimo dicit h̄ docto. q̄ in decre
 to electionis non solū debet fieri mentio de vaca
 tione sed etiā de eius forma. ad hoc de p̄cessio. p̄ze
 ben. post elect. de postu. pla. bone. de electō. bone
 j. z. ij. fm hosti. z fact. j. c. fi. ¶ P̄po. primo q̄ hic
 monachus potuerit eligi z nō debuerit postulari
 quia de extra ecclesiam potest eligi. de elec. cuz inf
 canonicos. d. postu. pla. c. fi. s. co. admonet. Sol.
 quidā dicunt q̄ causa quare hic nō fuit electus sed
 fuit postulatus q̄ de aliena ecclesia. hanc causam
 non sequit glo. p̄pter contrariū z bene quia nō ē
 bona. ¶ Sc̄da causa fuit quare non potuit eligi
 postulari debuit. quia ep̄s fuit z transiit ad mo
 nachatum. hec opinio placet multis. Tan. p̄bi. et
 hosti. z Archi. in. s. deniq̄ hic allegato. Jo. mo. z
 Barrias. d. elec. cupientes. s. deniq̄. tenet q̄ nō de
 bet postulari sed posset eligi quia cessat causa p̄o

pter quam debet postulari cū non sit alteri matri
 monio alligatus. ad hoc de voto. p̄ tuas. p̄ prima
 facit. x. cū ergo. ibi aut̄ nostra zc. huic respondit
 hosti. q̄ alligat⁹ est ecclie in genere cur⁹ vinculi ge
 neralis ratione p̄hibet eligi. z eadē rōne remanet
 astrictus nexibus p̄ceptoz. Item q̄ papa p̄sequit
 tur istam vt postulatiōnē. p̄ce. tenet q̄ si renūciat
 episcopatu tū z nō transit ad monachātū potest
 eligi z p̄cedit sc̄da opinio. ad hoc quod no. s. e. ad
 supplicatiōnē. si transit ad monachātū tunc debet
 assumi p̄ viā postulatiōnis z sic p̄cedat prima opi
 nio vt cognoscat an obstat p̄ciliū vel non. Dic aut
 p̄stat ad monachātū transiisse episcopum p̄pter
 crimen z non potest reassumi aliter quā per viam
 postulatiōnis imo tunc postulatio nō est admittē
 da nisi papa de specialissima gratia admitteret eā
 quia nō potest transire p̄pter crimen quod indu
 cat irregularitatē z impediāt ordinis executionē
 etiam post pactam penitentiā vnde remanet inha
 bilis dato q̄ egerit penitentiā. sic loquitur hic. ad h̄
 s. c. p̄xi. nisi. s. p̄pter p̄scientiam. z maxime si d̄ eo
 p̄uictus z p̄fessus sit depositus. quia eius delictus
 factus est notoriū z nō dispensat nisi papa vt p̄mo
 ueatur. quandoq̄ assumitur in casibus in quibus
 potest reassumi z tunc ante istam constitutiōnē de
 buit postulari z non eligi quia p̄babiliter poterat
 dubitari an foret eligendus vel postulandus cuz
 nō esset adhuc hoc a papa declaratū z sic p̄pter du
 biū postulare vel eligeretur ex forma illa alterna
 tiua de qua d̄ postu. pla. li. vi. c. j. in simili casu du
 bij. sed post dispositiōnē hui⁹ decren ex quo decla
 ratur ipsum posse reassumi adhuc potest eligi z sic
 p̄cedat opinio Jo. mona. nisi dicat q̄ p̄pter quan
 dam inconstantiam repellatur a iure cōmuni z p̄
 cedendum sit p̄ viam postulatiōnis. dic q̄ aut renū
 ciavit ordini z tunc p̄sumitur propter crimen re
 nūciasse. vnde tūc debet postulari. aut renūciavit
 loco tū z tūc potest eligi cū p̄sumat ob aliam cau
 sam q̄ criminis renūciasse vt p̄batur in hoc. c. x. cuz
 ergo. z sic p̄corda. opi. in casu dubij q̄ d̄ dicat hic
 q̄ siq̄ sum⁹ in casu dubij. aut sum⁹ i casibus obuiā
 tibus concilio vel p̄missis z adhuc fm hec tempo
 ra debebat postulari p̄pter dubium. an hodie dic
 idem tenendo vltimā opiniōnē quā tenui in pri
 mo membro. x. nisi dicat. sed tenēdo primā debe
 ret assumi p̄ formā alternatiuā vide de postu. pla.
 c. j. li. vi. ¶ Tertia causa per aliquos assignatur q̄
 nō fuerit postulatus quia monachus non potest
 eligi. hec opinio non placet quia reprobatā per de
 cretalē si religiosus. de elect. li. vi. z illud est tenen
 dum. z eo. ti. nullus. ¶ Sc̄do opo. q̄ nō possit ex
 sola licentia p̄lati p̄sentire sed exigat p̄sensus capi
 tuli nā non potest solus p̄latus res alienare absq̄
 p̄sensu capituli. multominus personas. xij. q. ij. si
 ne exceptiōne. xix. q. iij. statuimus. xij. q. j. p̄cipim⁹
 glo. fatetur contrarium si volentium causa non
 subsistente dare licentiam non cōp̄ellit. lxxij. di.
 litteras. lxxj. c. j. z. ij. Si vero habet causam le
 gitimam compelluntur dare per superiorem de
 iure patrona. nullus. tene q̄ bodie potest solus

p[re]latus dare licentia[m] absq[ue] consensu capituli de
 elec. si religiosus. li. vi. ¶ Et ad rationes glo. h[ic] re-
 sponder glo. v[er]bi. quis autē superior sit qui dare
 compellit. vide. s. eo. admonet. docto. qui dicunt
 q[uod] est papa. et vide de h[ic] lxxv. di. archidiaconum.
 ¶ S[ecundo] tertio q[uod] vltra h[ic] exigat p[re]sensus episcopi
 lxxij. di. lras. lxxij. di. c. j. et. xvj. q. j. q[uod] vere. xix.
 q. ij. c. j. xxij. q. j. c. j. dic si eligat ad ecclesiam intra eā-
 dem diocesim sufficit licentia soli p[re]lato. si ad aliam
 diocesim et non sit exemptus licet possit cōsentire
 electioni de p[re]sencia soli p[re]lato in nō p[otes]t transire
 absq[ue] licentia ep[iscop]i v[er]bi in p[re]latis et si sit clericus plu-
 rium ep[iscop]o[rum] ab o[mn]ibus requirendus est s[ecundum] Inno. d[icitur]
 resta. relatū. ij. d[icitur] sen. excō. cū illoz. s. si vero. r. c. of-
 ficij. idē h[ic] renuit Stephanus puin. in sua dispu-
 tatione quia cū ep[iscop]o p[re]sideranda sunt maiora. viij.
 q. j. c. j. de offi. archi. ad h[ic]. et quia transitus tangit
 ep[iscop]um ¶ Item quia p[re]sensus exigat in alienandō re-
 rum monasterij. xvij. q. iij. in venditōib[us]. xij. q.
 ij. abbaubus. ergo et in alienatione p[er]sonaz. xij. q.
 j. p[er]cipimus. et vide q[uod] nō. de sta. monach. q[uod] dei.
 vbi idē ad litterā tenet. ¶ T[er]cio ad. d. ceter. S[ecundo]
 po. q[uod] cessante causa cessat effectus. xxxij. q. j. dixit
 d[icitur] xix. q. ij. due sūt. L[oc]cludit q[uod] glo. si queris an
 cessante cā cesset ius disp[er]satiū. dic q[uod] sic. si an ces-
 sante causa cesset ius cōmune vel statutū. si causa
 est impulsiva nō cessat. l. j. s. sexum. ff. de postul. si
 finalis. si dictū est q[uod] cessat cessante cā cessat effect[us]. si
 nō est dictū glo. nō dare dicit inclinare vide q[uod] nō
 cesset et sic residet s[ecundum] docto. q[uod] p[ro]pter cessationem
 cause finalis nō cessat auctoritas statuti a qua de-
 p[en]det vinculū statuti donec statutū reuocet. non
 est eī cause cessatio modus reuocandi statutū s[ed] cō-
 trari[us] populi vsus v[er]bi legislatoris suffragiū p[ri]mū
 exp[re]sse reuocās. ff. de legi. l. de quib[us]. de p[re]sti. c. j. li.
 vi. ¶ Tu dic latius si queris an cessante causa legi
 cesset lex. hoc p[otes]t dupliciter intelligi an cessante cā
 legis cessat lex. primo id est ad casuz in quo cā legi
 nō se extendit lex vel eius dispositō et v[er]bi est q[uod] ces-
 sante causa cessat lex q[uod] ibi est sepata ideo sepatum
 v[er]bi esse ius legi. l. hec actio. ff. de calū. cū similibus
 hec vera in finali. secus in impulsiva. l. j. s. sexum
 ff. d[icitur] postu. S[ecundo] potest intelligi an cessante causa
 cesset lex in eo q[uod] principaliter disponit. dic si causa
 est impulsiva nō cessat dispositio. v[er]bi. l. j. s. sexū. si fi-
 nalis. et tūc si ius est dispensatiū et in fieri. sic q[uod] ex
 dispensatōe nōdū ius est in p[er]fecto esse. tunc cessan-
 te causa cessare debet dispositio. et hoc est v[er]bi quā-
 do cessat specifica causa. si ius est in p[er]fecto e[ss]e. et cau-
 sa est generalis. tunc cessante causa generali non
 cessat lex. sed reuocari debet. de decimis suggestū
 Si est ius cōmune et tūc aut est causa p[er]petua. et nō
 est questio. s. q[uod] iuris obseruātia est p[er]petua. exem-
 plum v[er]bi iugis p[er]tinētia clericoz. et dilapidatōis su-
 spirio. v[er]bi. xxxij. di. sacerdotibus. et. ij. q. ij. quia ea.
 et. C. de matri. interdicto. l. si tutor. Aut est tempo-
 ralis causa et tunc si exprimitur ius in ea quod ces-
 set cessat cessante causa. l. di. v[er]bi constituet. et d[icitur] cō-
 stituit. cum. ad. si nihil disponitur. et non cessat. v[er]bi
 dicto. c. dixit dominus. allega. in glo. nisi interue-

niat necessitas. lv. di. p[er]suis. v[er]bi v[er]balitas. lxx. di. neo-
 phitus. aut pietas. ix. q. ij. lugdun. aut cōsuetudo
 iij. di. s. leges. de quo aliquid in regula decet. et p[er]
 dicta intellige quando causa fundit[ur] cessat. v[er]bi no-
 tat Dy. in dicta regula decet. d[icitur] regu. iur. li. vi. sed
 potius ex primis duab[us] reuocat q[uod] cesset. ¶ Sed
 quero que dicatur finalis causa. et que impulsiva.
 dic q[uod] illa finalis d[icitur] q[uod] ex toto et funditus animū mo-
 uet disponētis als verisimilit[er] non facturuz. sicut
 in simili q[uod] do aliquid alicui als nō daturus. v[er]bi
 do. x. v[er]bi vadas romā. Impulsiva que impellit sta-
 tuētēz qua cessante statuēs erat statuturus. sicut
 in simili q[uod] aliquid do alicui etiaz als nō daturus
 v[er]bi si do. x. v[er]bi emas cal. gas. vel pone exemplū p[er] s[ex]-
 ferum. ¶ An autē in dubio causa intelligat final[is]
 an impulsiva. quidā dicunt q[uod] causa in dubio est fi-
 nalis quia p[ro]pria significatio huius verbi causa fa-
 pit finalē et impulsiva dicit videt occasio. de maio. et
 obe. solite et Jo. lxx. di. s. his omnib[us]. hec theorica
 non est bona et p[re]cedet si verbū causa p[re]feratur a
 statuto vel lege. sed quando nos querim[us] si nō p[er]-
 fert verbū causa a lege sed causam legis an sit fina-
 lis vel impulsiva que ponit p[ro] quia vel p[ro] cum vel
 aliter an sit finalis potius illa regulatur a natura
 materie. ideo Accur. in. l. iij. s. v[er]bino. ff. de dona.
 tenuit q[uod] causa in dubio p[re]sumat impulsiva per. l.
 cū tale. s. falsam. ff. de condi. et demon. et p[er] l. titio.
 s. sed cuz ante nuptias. ff. de p[er]di. et demō. Jo. mo-
 na. tetigit de hereti. accusatus. li. vi. dicit q[uod] si cau-
 sa respicit vtilitatē tertij in dubio finalis p[re]sumitur
 ff. de lega. iij. l. si tibi v[er]bi mibi. si respicit vtilitatē illi[us]
 ad quē dirigit cōmodū dispositōis vel implemen-
 ti causa in dubio p[re]sumit finalis. si respicit vtilitatē
 p[er]iam. l. si quis p[ro] redemptōne. C. de doita. si nō pi-
 am in dubio p[re]sumit impulsiva. ff. de p[er]di. et demō.
 l. titio. vnde si lego tibi centū v[er]bi des gayo. illud q[uod]
 des gayo est causa finalis legandi quia et respicit
 vtilitatē tertij. si lego mulieri centū p[ro] dote vel ca-
 ptiuis p[ro] redēptione captiuoz. illud q[uod] p[ro] dote et p[ro]
 redēptione est causa finalis. si lego tibi decem v[er]bi
 emas caligas illa p[re]sumit impulsiva vnde valet le-
 gatū licet nō emas. hec vera in dispositōib[us] parti-
 cularibus. sed si sint statuta vel leges siquidē cau-
 sa est funditus ad instituentēz sed impellit als fa-
 cturū p[re]sumit impulsiva. d[icitur] rescrip. super litteri.
 per. s. sexum. mulieres phibent a postulando q[uod]
 officū hoc est indecēs mulierib[us] nec est causa final[is]
 et quia quedā mulier calurnia in aduocatōibus
 corrumpebat iudiciū illa fuit causa impellens. v[er]bi
 de dato q[uod] inueniatur mulier honesta in qua cessat
 id quod erat in calurnia nihilominus nō poterit
 officium postulandi assumere. et ex hoc perpendi-
 tur quando sit causa finalis vel impulsiva tempo-
 re lecture ita dixit. dic hoc v[er]bi quando factuz est
 indifferens ad impressiōnē istius vel illius cause.
 lxx. de epi. et cleri. l. generaliter. dicit q[uod] si causa re-
 spicit vtilitatē tertij in dubio finalis p[re]sumit. ff. de
 lega. iij. si nbi vel mibi. Si respicit vtilitatē illius
 qui debz implere p[re]sumit finalis si illa cā est pia. ff.
 de iur. doti. l. si ego. C. d[icitur] dona. l. si q[ui]s p[ro] redēptione.

Si nō est pia tūc in dubio dicitur impulsua. p. l. titio. p. al. hec vera sūt in dispositōib' particularib' que sūt ad cōmodū alteri' s' si sint statuta vel leges. si causa est fundit' inducēs ad statuendū finalis in dubio est si est impellens tūc psumit' impulsua. d. hac questione dic vtp Bar. in. d. l. ij. §. ff. de dona. ¶ **Q**uo. q. eo q. p. mor' tacuit inhabilitatez ex hoc solo debeat deponi et sic nunq̄ possit reassumi de cleri. excōi. mini. postulasti. l. di. ex penitentib' So. ibi tacuit impedimētū ppetuū h' ipale. tolle oppositiōne glo. sup glo. dimittere. ¶ **Q**uo. innuit hic simoniace p. motū nō posse redire ad opratum et sic h' inuit nō posse cū simoniaco dispēfari. p. tra. j. q. v. quicunq̄. r. c. p. sentū. de simo. d. simoniace et de elec. si alicui'. ¶ **S**ol. Un. dixit q. simoniace p. motus nō pōt de iure eligi vel postulari nec ad epatum reassumi s' bene pōt postulari dispēfatiue ¶ **S**cōda est opinio q. aut simonia est in ordine et null' cū eo pōt dispēfari. j. q. j. ergo. r. c. qd quidā imo pl' dicit q. nec etiā papa posset quia characterem habet vitiosus cui renūciari nō pōt ideo non purgat' vitū illud. xiiij. q. vi. si res aliena. j. gl. nō placet inquantū dicit de papa q. ille bene pōt cū si moniaco in ordine dispēfari licet nō posset inferior p. latus a papa. ad h. j. de simo. c. pe. ¶ **H**ec obstaratio p. quā p. cludit q. papa nō possit q. nō purgat' vitū rē. q. satis purgat' vitū eo q. res deuenit ad d. sim. ff. de vsucap. si fur. j. q. j. q. quidā. x. si forte. ¶ **I**dem in violento detentore. ff. de p. ca. §. iul. ¶ **I**dem p. cludit glo. aliq̄ addito q. aut cōmissa est simonia in ordine scienter et cū eo sol' papa pōt dispēfari inferior aut nō etiā post pactam penitentiā. et h' vera q. si sciēt' fec' si ignorat. j. q. v. p. sentū. h' vltimū ponderat docto. q. si simonia est publica. si occulta dispensant inferiores. f. epi vt no. de simo. d. simoniace. de dispensatis cū simoniace in ordine vlt' beneficiū q. si scienter. tene qd no. glo. r. doc. sup ea. j. de simo. de simoniace. aut qd dispēfari cū p. moto p. simoniā eo ignorate cōmissaz ad inferiorē dignitatem epali vel simplex beneficiū. tene qd habet per glo. r. docto. sup ea. de elec. si alicui'. ¶ **Q**uis aut' dispēfari cū eo qui p. simoniā eo ignorate cōmissam vt possit reassumi ad eandē dignitatē tene qd hic q. solus papa. ad qd no. de postula. p. la. c. si. sic apostolici tpe lect. Aut est simoniacus in bñficio et tūc aut vult solus ad ordines p. moueri vlt' ad aliū beneficiū et pōt archieps dispēfari. Aut intendit reassumi ad eandē dignitatē vel beneficiū et tunc si simonia est scienter cōmissa nō pōt ab inferiori a papa dispēfari. nec de facili papa dispēfari vt patet hic. aut fuit cōmissa simonia ignoranter et si beneficiū est simplex data libera resignatiōe ex dispēfatiōe epi pōt ad aliud beneficiū reassumi de elec. si alicui'. et dicit glo. q. et tūc eps dispēfari et capitulū tūc. si aut' bñficiū nō est simplex. s' est dignitas inferior epali et tē dic q. post liberā resignatiōe dispēfari eps. arg. j. q. j. p. sentū. vbi dispēfari qd est pl' cū simoniace p. moto ad ordines ignorat' vt possit ad beneficiū vel dignitatē p. moueri. ad h' dēre. si alicui'. de elec. Si aut' de h' cōtenderit in iudicio

et electio sua reprobata fuit q. simoniace fuit adept' et eo ignorante et tunc eps illa vice et in illa vacatiōe cū eo nō poterit dispēfari sed postea. sic sup d. elec. si alicui' in prin. de hac materia. j. de simo. de simoniace. r. j. q. iij. ex multis p. Bul. in spe. ti. ij. §. nūc ostendendū. d. xiiij. et sequenti. fm Jo. an. ¶ **S**i agitur de reassumēdo tūc ad epalē dignitatē tūc p. moueri non pōt nec debet absq̄ dispensatiōe papae et solus papa dispēfari s' nō de facili vt h' vides ¶ **Q**uid si aliquis de inferiori dignitate transiit ad monachatu an impediat eligi ad locū quem dimisit. quidā. f. Inno. et hosti. dicit q. nō. et p. ciliuz de quo hic loquit' solū in dimittente dignitatē episcopalem. Ratio q. epat' nō dimittit' p. pter monachatu sed inferior dignitas sic. nec in illis sic requiritur causa dimissiōis. j. de regula. licet talis enim bene assumit in epm nisi ei fuit p. batū crimen quo casu nec p. pter p. ciliuz qd de tali nō loquit' s' p. pter crimen repellit. xxv. di. p. mū. et cōcor. qd ibi not. Jo. dic ergo si descendit ad monachatu q. p. pter delictū depositus ad agendū penitentiā nō poterit reassumi q. ei' crimē factū est notoriū igitur repellit. ¶ **I**dem si p. pter crimen qd infamat ipso iure transiit. si aut' transiit p. pter crimen qd nō infamat vel alis exigit dispensatiōne s' p. pter aliā cām poterit reassumi. in dubio est differentia inter episcopatu et aliā inferiorē dignitatē q. vbi trāsuiit ab epatu est suspitio de crimine et nō pōt eligi in inferioribus nō est sic suspitio de crimine cū ob aliam causā possit trāsire et mltiplicē q. delicti. ¶ **Q**uero quid si eps transiit ad monachatu postea petitur reassumi ad inferiorē dignitatē nō ad epatum dicit Jo. an. vbi. §. q. poterit cū p. ciliū solū p. hibeat p. moniōne ad epatum. ergo in inferiorib' p. mitit. Alij q. ad inferiores etiā dignitates postulad' ē a papa. fatef' tū q. in istis facilius dispensabit' q. in epatib'. tū q. id nō ē p. ciliū. tū q. indign' maiori nō p. pterea indign' minori. ff. de interdic. et rele. l. relegatoz. §. si. et l. sequen. ¶ **T**ertij dicunt q. ex q. p. hibeat a maiori et forti' a minori. de trāslla. c. si. vij. q. j. mutatiōes. dicit tū q. officū sine dignitate poterit habere qd est plus ad onus q. ad emolimētū C. de infami. l. j. hosti. nō placet hec ratio q. si vera esset nō posset eligi ad epatum q. magis est oneris q. honoris. vij. q. j. qui epatū. ideo dicit q. poterit habere beneficiū sine dignitate nō illa rōne s' hac. q. potius est quoddā ministeriū nudū. qd facilius q. dignitas cōmittit' q. in maiorib' cautius est agēdū d. elec. vbi piculū. li. vi. j. q. j. §. ecce. xliij. di. quiescam'. tene q. h' decre. habet locū in inferioribus dignitatib' si transiens ab epatu trāsseat ad monachatu et etiā ad inferiorē dignitatē eligatur. ratio q. causa p. ciliuz habet locū. naz cū descenderit ab episcopatu possibile est q. ex causa delicti. et i talibus oportet esse delictū tale qd impediat ordinis executionē etiā post pactam penitentiā et tale impedit p. mouendū ad quācumq. dignitatē etiā inferiorē. et si dicat' in dubio cum plures cause alie possunt adesse q. psumim' cām delicti. dic q. illa nō psumit' pl' q. alic. sed quia possibile est ipam adesse

papa in hoc dubio est postulandus. Puto tamen
 q̄ eo postulado q̄ten^o cōciliū impedit pmouenduz
 ⁊ dispēsandū. cū exp̄ssuz nō loq̄t de inferiorib^o di-
 gnitatib^o nec modo sint p̄tra p̄ciliū. q̄b̄ dispensatū
 erit. ⁊ valebit postulatio. Sz̄ cū a papa sit faciēda
 postulatio si bñ patebit effect^o q̄siti. qz̄ poterit face-
 re quicq̄d libet. ¶ Quero an simoniacus interuē-
 tu parentū eo ignorante possit dimittere ep̄atum
 absq̄ licentia pape. dic q̄ statim eo q̄ sciuit dimitte-
 re d̄z̄ als̄ ratificaret. debet tamē habere licētā pa-
 pe. qz̄ sine ei^o auctoritate n̄ p̄t. ¶ Dicit hosti. q̄ sta-
 tim cū venit ad eius noticiā de simonia vocare d̄z̄
 p̄sonas idoneas. ⁊ corā eis exponere factuz ⁊ p̄te-
 stes q̄ inuit^o ep̄atū tenet. cū sine pape licentia cede-
 re nō possit. ⁊ corā illis faciat p̄curatorē quē in p̄e-
 sentia illoz̄ mittat ad curiā. ⁊ sic ⁊ n̄ aliter putat illū
 tutū. all. de appella. c. si. fm̄ hosti. ⁊ hoc tene qz̄ co-
 loratū tenere. vt dixi in. c. p̄cedenti. et vide q̄b̄ no.
 de simo. ex insinuatōe. ¶ Quero q̄ sint illi p̄siles ca-
 sus in quib^o cedens ⁊ transiens ad monachātū pos-
 sit reassumi. dicit Jo. an. si p̄pter illegitimitatē ces-
 sit. ⁊ postea est legitimat^o. d̄ q̄ d̄ elect. c. innotuit. vt
 tunc patiebatur defectū etatis ⁊ nūc ē factus maior.
 ¶ Venio ad .x. q̄s. D̄po. q̄ dato q̄ q̄s nō fuerit
 cōuictus vel cōfessus de crimine ex q̄ transit ad
 monachātū de ep̄iscopatu non possit reassumi ad
 ep̄atū qz̄ licentia nō est danda nisi sit tale crimē oc-
 cultū q̄b̄ impediatur ordinis executionē post pactaz
 penitentiā. s̄. eo. nisi. s̄. p̄pter cōscientiā. ergo illd̄
 q̄s̄ occultū vt inducens irregularitatē ex q̄ nō est
 dispēsatū impedit quē reassumi. dicit hosti. q̄ iste
 secund^o intellect^o canonis fuit bon^o sed nō sufficiē-
 ter dixit. Lōclude ergo q̄ aut fuit data licētā ep̄o
 ex leui delicto de facto q̄b̄ nō inducit nec impedit
 ordinis executionē post pactaz penitentiā ⁊ tale nō
 impedit reassumptōez ad ep̄iscopatū. vt hic nisi sit
 d̄ delicto cōfessus ⁊ p̄uictus. Quandoqz̄ delictū ē
 graue ⁊ cōstat et impedit reassumptōez etiā si nō sit
 cōfessus vel cōuictus. Quandoqz̄ dubiū est p̄ gra-
 ui vel leui. ⁊ adhuc nō resurgit qz̄ nō est p̄sumptio
 q̄ papa dederit licentiā nisi delictū fuerit graue et
 tale q̄b̄ ip̄ediret ordinis executionē p̄ pactaz peni-
 tentiā. d̄ quo. s̄. e. nisi. s̄. p̄pter. fm̄ Inno. ⁊ hosti.
 ⁊ sic debet intelligi sequēs opinio que est quā no.
 que vult exp̄sse iuncto illo. s̄. p̄pter. q̄ p̄ omni gra-
 ui delicto quātūcūqz̄ occulto quis impediatur assu-
 mere dignitatē ⁊ tale impediatur ordinis executionē
 etiā post pactaz penitentiā. ⁊ causa est hic qz̄ digne nō
 potest penitere retenta dignitate quā illicite acq̄si-
 uit. ¶ Quero quis habet p̄bare an postulat^o vel
 pars eius q̄ nō trāsuerit in casib^o p̄hibitis an ad-
 uer^o sa p̄s q̄ transit. q̄dam dicunt q̄ elect^o p̄babit
 qz̄ p̄sumit p̄ma facie q̄ nō resignauerit sine cā. s̄.
 eo. sup̄ hoc. j. c. j. vij. q. j. hoc nequaqz̄. Alij dicunt
 q̄ nō d̄z̄ p̄bare q̄ aliqua de dictis causis resignaue-
 rit que cōprehendūt a cōcilio nisi sit p̄sumptio cō-
 tra ipsū. puta qz̄ renouauit ordinē. nūc em̄ tollet p̄-
 sumptio eo q̄ aliqua ex dictis causis resignauerit.
 sed dic fm̄ Inno. ⁊ hosti. q̄ ista hec magis cōsonat
 primo dicto. s̄. in. x. cōstituerit. tamē p̄ secūdo dicto

facit text. ibi tunc em̄ esset vehementissime. ⁊ est cā
 quia in dubio delictum nō puni^t ex quo alia p̄t
 dari cōiectura. ⁊ si renouauit loco tm̄ est p̄sumptō
 vt dicit text. q̄ renouauerit p̄t aliud q̄ p̄t crimē
 secus si renouauit loco ⁊ ordini qz̄ tūc est p̄sumptō
 q̄ p̄pter crimen. ⁊ ideo est vna apostilla que dicit
 q̄ hec p̄sumptio est iuris ⁊ de iure. allegat de spon-
 sa. is. q̄. que apostilla sup̄ glo. ordinaria fuit hosti.
 ¶ Quero q̄d si hic transiens ad monachātū resi-
 gnasset ordinē ep̄ali. dic q̄ adhuc p̄t reassumi de
 licentia pape. q̄b̄ intellige fm̄ distinctōez. c. ⁊ tūc di-
 cit gl. q̄ tūc n̄ recōsecrabit qz̄ characterē retinet cui
 nō potuit renunciare licet renunciando perdidit
 rit executionē. j. q. j. q̄ quidā. x. si forte. xij. q. ij. nō
 liceat. ad hoc q̄b̄ no. d̄ elec. p̄uda. li. vj. ¶ Ho. gl.
 q̄ ep̄alis ordo imprimat characterē vt salte annectit
 ordini p̄byterali vt sup̄ illo characterē fundet. et
 vide q̄b̄ no. in p̄hemio. vj. in glo. in nouella. ¶ In
 glo. ordinē. ibi characterē retinuit. hoc v̄z̄ tenen-
 do opinionē quaz̄ tenent canoniste q̄ ep̄alis ordo
 imprimat characterē. d̄ q̄ i salutatōe lxxv in. x. epi-
 scop^o. Sz̄ tenēdo opinionē theologoz̄ d̄ q̄ ibi sup̄
 gl. est magis dubiū. sed dic q̄ dignitas ep̄alis licet
 non habeat characterem tamen annectitur chara-
 cteri p̄byterali eo q̄ superaddit ⁊ pendet ab il-
 lo et ampliatur virtutem characteris p̄byteralis
 ad reseruata ep̄o. vt patet. xxiij. di. legim^o. ⁊ no. s̄.
 de cōsue. quanto. ¶ Quero an si papa vellet pos-
 set hoc casu cōtra p̄ciliū dispensare. dicit glo. q̄ sic
 qz̄ cōtra illa ⁊ cōtra apostolū dispensat dū n̄ nihil
 statuat p̄tra fidē. xxv. q. j. sunt quidā. ⁊ non cōtra
 articulos fidei. xv. di. sicut. fm̄ glo. sic et dispensat
 cōtra euangeliū de numero testiu licet nō dispen-
 set cōtra mentē fm̄ Inno. vide q̄b̄ no. de cōcef. p̄e-
 ben. p̄posuit. ⁊ de resti. spo. litteras.

Quidam. Qui petijt licentiā ceden-
 di ex quo illam obtinuit
 cedere cōpellit. hoc dicit. Prima recitat fa-
 ctū quod sc̄da corrigat. causam reddens. ¶ Sc̄da
 ibi. sed cū. ¶ Ho. primo licentiā cedendi petendaz
 cū instantia. ¶ Sc̄do no. duplicē causam impellē-
 tem quē ad cessionē qz̄ aut vtilitas ecclie aut salus
 renouantis qz̄ forte nō tenet bñficiū cū bona cō-
 scientia. ¶ Ho. tertio hic duo principia retrahenti-
 a quē a bona opatione ⁊ virtuosa vel suasio ami-
 coz̄ vel leuitas operātis ⁊ incōstātia. ¶ Ho. vltio
 sūmarium. ¶ D̄po. cū glo. q̄ nedū obtenta licen-
 tia quinimo etiā post obtētā licentiā ⁊ cessionē
 quis posset penitere. ff. d̄ cessio. bonoz̄. is. qui. vbi
 cedens re integra ante alienationē bonoz̄ potest
 penitere ⁊ recuperare bona. So. ibi in actu q̄ non
 exigit p̄sentiam superioris hic in actu qui exigit
 p̄sentiam superioris. ideo illicitum est nō cedere
 ne illudat̄ sup̄ior. dar simile in postulatione. s̄. de
 postu. pla. bone. ij. ¶ Vel sc̄do ibi in renouatione
 p̄prij in quo habet dominū ideo facilius admitti-
 tur reuocatio quia difficult^o abdicat̄ p̄prij. hic in
 renouatione bñficij. ff. q̄ satisfda. cogan. l. si fide
 iussor. C. de reb^o credi. generaliter. p̄mo responso
 ¶ D̄po. sc̄do extra gl. q̄ liceat cessionē reuocare

etiā in nō ppria re. ff. de repud. v. absti. here. l. si. So. illud pcedit in hereditate paterna que filio in p̄tate ē debita vt ppria. ff. de libe. et postu. l. in suis secus in extraneo. co. ti. l. iij. In gl. ibi illudat papa. dic q fecit cessionē bonoz que nō habz fieri coram supiore. ¶ Itē cessio bonoz p tanto reuocat q: fit de eo in quo q̄s est dñs. sed non sic in bñficiū quia renunciāns nō est dñs bñficiū sed pcurator j. de dona. c. ij. Itē cessio bonoz fit ppter debita et ex necessitate. de solu. Odoardus. hic autē loquimur in cessione voluntaria. Opo. q pot̄ licentiā ipsam possit reuocare vt patz. s. co. nisi. ad si. So. aut vult reuocare cessionē dic q q̄s quis vult reuocare cessionem quam cōmisit nuncio ante ipsaz presentationē supiori. et dicit Hoff. et Egi. q penitere p̄t. Itē obstat q de postulatōe dicit. quia illa fit magis publice q̄ penitio licētie ad cedēdū vt qz ibi alicui⁹ infesse p̄t h nulli⁹ infest. Quis q̄s dato nūcio ad petēdā licētiā et petijt et an eā obtētā vult reuocare et adhuc p̄t illā reuocare et tenet reuocatio dūmodo pueniat ad supiorē. j. eo lecte. ¶ Quis q̄s quis petit licentiā et pcuratore reuocato vel nūcio ante presentationē postea fit p̄sentatio et supior ignorans dat licētiā. et hic casus est dubi⁹ fm doc. hic qz videt q teneat licentiā. ff. de pcur. si pcurator. ad hoc. j. d. app. l. si duob⁹. Alij distinguunt. aut est petita p nunciū et non valet. aut p pcuratorem et valet. tene in hoc qd dicit de. cū illusio. de pcur. in de. q valet ex quo nō fuit supior certificat⁹ vel pcurator seu nunci⁹. Quandoqz iam facta p̄sentatione pape et habito responso a papa et tūc attende qualitatez responsi aut cedenti cōscientie sue reliquit et p̄t penitere. vt in. c. nisi. s. co. ti. ¶ Quandoqz alteri cōmittit qui loco sui cessionē recipiat si psonā ecclie v̄ illā nouerit expedire et tūc non admittit cessio nisi facta in q̄stōe de p̄dictis. ¶ Quandoqz r̄didit papa cōsentiendo cessionem petite et tūc nō expectat alia cessio cū iam cesserit nec est ep̄s illius ecclie. hoc pcedit quādo simpliciter a papa petijt cessionē. si aut peteret solū licentiā cedendi in manib⁹ illius cui papa duxerit cōmittendū locuz habz qd hic dicit vt illa obtenta cedere cogat. Idē puto si tñ petat licentiā cedendi et p hoc nō cessit h petijt pambulū ad aperiendū viam cedendi. facit ad questionē. ¶ Si ad instantiā scholaris doctor p̄misit secū comedere si ille postea dare licentiā nō curet cōpellēd⁹ erit vt hic. et si q̄s alius inuitat aliquē ad comedendū. disputauit Jo. de deo q debz mittere p eo hora debita. p̄ter. xxij. q. iij. displicz fm Jo. de deo.

Antonijs.
Veniens. Non renunciat iuri suo q̄ gratie aduersarij se submittit. hoc dicit. ¶ Prima ps ponit appellationē impetrantis et eius tām. Scd a ipsi⁹ p̄secutionē et auditoris dau sententiā. Tertia ipsius sentētie cōfirmationē. scd a ibi ad quem. tertia ibi nos igit. ¶ Itē. primo de hoc verbo assignare qd referē ad assignatōz iuris et facti. et nō. q in impetratōib⁹ non solum de vacatōe sed etiā de modo vacandi faciēda est mentio. ¶ Itē. scdo q̄ executo-

Ordinatus a papa sine licētia pape ad superiores ordines nō pmouetur. ¶ **Nota** primo q̄ ordinatus a papa nō p̄t̄ pmoueri ab inferiori absq̄ licētia pape. ¶ **Nota** secūdo q̄ceptū a superiore inferiori p̄ficere nō p̄t̄. z q̄ eadem debet esse causa agens finis z principij. ¶ **Nota** tertio q̄ p̄cessa gratiose a papa nō trahunt in exemplū ab inferioribz. ¶ **Op.** q̄ subit inferiori a papa ordinatus. de ma. z obe. c. p̄ tuas. p̄terea hic act. ordinationis plus est oneris q̄ honoris. z sic videt̄ q̄ nō debeat auferre cōmodū. dic q̄ hec ordiatio licet sit onus tñ in aliquibus est honor z cōmodū. primo enī est cōmodū. qz nō p̄t̄ talis nisi pluribz testibz. iij. q. iij. p̄sul. z. c. nullā. Secūdo qz nō p̄t̄ cogi ab ep̄o recipere ordines. de cōse. di. ij. c. si. poterit tamē fm̄ Utm. p̄pter necessitatē ecclie cogi ab ep̄o. vt petat licentiā a papa vt ordinet. ¶ **Tertio** qz maior honor debet tali q̄ alijs. de ma. z obe. p̄ tuas. dicit tamē gl. q̄ p̄ hoc nō eximit̄ a p̄tate sui ep̄i qm̄ ab eo possit iudicari. vt in dicta decre. p̄ tuas. q̄d intellige i alto q̄ in depositione ab ordine. vt in dicta decre. p̄ tuas. ¶ **Hec** ob. q̄ qui nō p̄t̄ ordinare nō p̄t̄ iudicare. ix. q. ij. nullus primas. qz illud est regulariter verū. speciale hic p̄pter excellentiā superioris q̄ manum imposuit. z illud nisi appareat p̄missum a quo nō potest ordinare nō potest iudicare illo respectu quo non p̄t̄ ordinare. sic necesse p̄t̄ ordinare nec iudicare respectu ordinis. ¶ **Op.** q̄ ordinar. ab vno possit ab alio ordinari. de temp. ordi. cuz nullus. li. vj. So. dic q̄ aut loquimur in ordinato a papa. z p̄cedit dispositio capli. z h̄ p̄pter excellentiā dignitatis. aut inferiorē z p̄t̄. z ordinatus ab vno potest ab alio ordinari. etiam illo irrequisito q̄ habet als potestatem illum ordinandi.

¶ **U**teras. Duo sacri ordines non p̄t̄ cōferri eidē vno die vel duobz cōtinuato ieiunio. primo narrat factū. q̄d secundo improbat improbatōis cām in se res. ibi in quo quātū. tertio punit p̄facientes ibi p̄ factū. ¶ **Nota** q̄ nōdū cōsecratus appellat̄ electus. ¶ **Nota** q̄ ordiatio ad sacros ordines p̄mittit̄ die d̄nico post sabbatū ordinationis cōtinuato ieiunio z sic p̄pter cōtinuationē dies dominica fingit̄ eadē dies cū die sabbati. ¶ **Nota** secundo q̄ d̄z euident̄ intellectus. qui habet̄ ex. l. vel statuto. p̄ prudenter z subtiliter intelligentē licet forte nō oīs talem scirent extrahere in primum. ad h̄ de offi. dele. super questionū. ¶ **Nota** tertio q̄ dispositio penalis loquens de vero extendit̄ ad fictū. z q̄d nō est licitū fieri vna die vere si est licitū fieri altera die. q̄ fictiōe vna intelligit̄ licet in veritate sint duo dies. ¶ **Ro.** quarto q̄ p̄pter cōtinuationē ieiunij. dies d̄nica cū die sabbati ordinationis fingit̄ vna dies. ¶ **Quinto** no. q̄ q̄libet fictio h̄z duo extrema principij et finis z quādoq̄ finis trahit̄ ad principij. q̄ h̄z principij ad finē. ¶ **Sexto** no. q̄ sicut i die vna vere nō ē licitū p̄ferre ordines duos sacros ita nec est licitū p̄ferre in eadē die interpretatiue. ¶ **Septimo** no. quē punit

endū in quo delinquit. et q̄ cōferens plures sacros ordines in eadē die vera vel ficta suspendit a collatione ordinū quos cōtulit illa die. ¶ Itē ultimo nota q̄ ordinatus in cōgruo die ē suspensus ab ordinis collati vltimi executione. fm̄ alios ē suspendendus. ¶ Q̄po. q̄ possit ep̄s ordines cōferre die dominica post sabbatū ordinationis continuato ieiunio. vt̄ pt̄. lxxv. di. q̄ a patrib⁹. So. diuersis personis pōt ordines cōferre vt̄ ibi. s̄ eidē cui contulit ordinē in sabbato nō pōt. et hoc est q̄d hic respēditur. ne cōingat q̄ eidē eadē die vera vel ficta reperiantur ordines collati. ¶ Q̄po. sc̄do q̄ non ficte s̄ vere dies sabbati euz mane dñica sit vna dies. Iuxta illud sc̄n. j. Tēspere et mane dies vnus. Sol. dicit glo. q̄ et vere ē vnus dies cōputādo fm̄ vnam cōputationē. de quo dic vt̄ de ferijs. c. ij. ¶ Q̄po. tertio q̄ ordines cōferri debeāt die sabbati et nō die dominica. vt̄ s̄. eo. de eo. r. c. p̄ce. lxxv. di. c. j. Sol. dicit glo. q̄ aut loquimur de sacris. et sūt op̄i. aliq̄q̄ die sabbati regularit̄ ordines sacri cōferendi sunt. sic loq̄mur de sacris. et hoc est verū siue sit dies sabbati vera vel ficta. vt̄ ē q̄n vsq̄ ad dominicā p̄tinuatur ieiuniū. q̄ tūc dñica trahit̄ ad sabbatū et sic fingitur vna dies. Hugo fuit in op̄i. q̄ die dñica om̄s ordines cōferri debeāt. et sic sacer. et nō die sabbati. Idē dicit de baptismo. de p̄se. di. iij. venerabilis. et c. se. lxxv. di. q̄ a patrib⁹ q̄ ibi p̄ die sabbati eiusq̄ noctis q̄ in p̄ma sabbati lucessit in die exordia cōsecrandi eligant̄. et fm̄ eū nō est necessaria cōtinuatio ieiunij. vt̄ dies vna fingat̄ sabbatū et dominicā. nā sicut ordo ep̄alis pōt cōferri die dñica et sequenti. neq̄ exigit̄ cōtinuatio ieiunij neq̄ fingit̄ dies sabbati trahi ad dñicam. et sic die dñica de mane possit fieri ordinatio absq̄ cōtinuatio ieiunij. et pro hac op̄i. inducit q̄ sac̄m ordinis et baptismi sumpsit efficacit̄ sicut alia sac̄a a resurrectione dominica que fuit in die dominico. q̄ eadē die debēt cōferri ordines prima op̄i. ē verior vt̄ hic pt̄. et s̄. e. c. ij. et iij. saluo papa. s̄. e. de eo. ¶ Ho. tamē i dicit. c. q̄ a patrib⁹. q̄ si die dñica nō cōtinuato ieiunio fieret ordinatio ip̄umeret̄ ordo et eius effectus. nec ob. c. q̄ a p̄rib⁹. q̄ d̄ exponi post die sabbati. i. post inceptuz diem sabbati. licet alij exponat̄ post finitū. ad hoc i. si. r. q̄. v. c. vno. ¶ Hec ob. q̄ sac̄a sumpserint efficacit̄. et q̄ q̄ sumpserūt efficacit̄ nō ē necessariū hui⁹ causa q̄ debeant̄ p̄ferri in die dñico. als sequeret̄ q̄ qlibet ordo illa die conferendus eēt. dic quādoq̄ querit̄ de tpe cōferendi ordinē ep̄atus et p̄ferri in die dominico. i. sit illius ordinis p̄secratio. lxxv. di. c. j. et ē rō quare alij ordines p̄ferant̄ in die sabbati. et ep̄atus in die dominico. q̄ sic vigilia seruit festo ita p̄moti ad sacros ep̄o. de p̄se. di. j. ep̄us sacrificans. et c. se. q̄nq̄ q̄rit̄ de tpe p̄ferendoz minorū. et tūc pōt p̄ferri dieb⁹ solēmb⁹ et alijs dominid. vt̄ d. c. ij. et iij. s̄. eo. sup̄ gl. si. ¶ Q̄po. q̄ hic puniat̄ i plus q̄ deliq̄t. quia nō peccauit diaconatū p̄ferēdo s̄ solū p̄sbatū. dicit gl. q̄ fatendū ē q̄ in plus puniē ordinator q̄ ordinar⁹. q̄ plus peccauit q̄ maior. de transla. pla. inter corporalia. dic q̄ imo deliq̄t animi destinatione. vñ dicere rite p̄tulit diaconatū ē falsū sed dicere rite cō-

L

tulit diaconatū si nō cōtulisset p̄sbatū est verum
¶ Q̄po. q̄ nō debeat differri ordinatio ad dñicaz sequētē. q̄d pt̄. q̄ nec vltra nonā d̄z missa tardari. de p̄se. di. j. solet. So. ex causa p̄pter multitudinez ordinādoz hic p̄mittit̄ als nō. Idē si ordinatorē vl ordinādū inuasit infirmitas als tardari nō debet. ¶ Q̄po. q̄ nō sit suspensus s̄ suspēdendus. j. e. c. ij. So. quātū ad ordinatū stat proprie. q̄ suspēsus ē q̄ ad ordinantē improprie. q̄ suspēdēd⁹. primum pt̄. j. e. p̄sulationi. ¶ Quero an sabbato magno pascale possint fieri ordinationes. gl. dicit q̄ non q̄ nec missa cantat̄. de p̄se. di. iij. sabbato. q̄ licet nō sit de suba p̄secratiois. vt̄ no. s̄. de ele. q̄ sicut. tñ exigit̄ finalit̄. glo. tenet q̄ etiā illo die celebrēt̄ ordines q̄ et hodie missa d̄z et sic ē correctū q̄ d̄z in illo. c. sabbato. et sic de facto seruatur q̄d dicit Jo. an. seruari etiā a papa. ¶ Nūquid aut̄ in nocte pascale possint ordines cōferri. dicit Inno. q̄ sic. nō in alijs noctibus cū nō celebrēt̄ missa. ¶ Quero q̄ ē rō. q̄ in die sabbati p̄mittit̄ ordinatio. dicit glo. q̄ sabbatū significat̄ requiē et ordinat⁹ ad sacros transit ad requiem ad illo die tñ cōferunt̄ s̄ i minorib⁹ nō transit ad requiem cū adhuc ad seculū possit redire. id alijs diebus minorū nō pōt fieri collatio fm̄ doc. et host. ¶ Quero an die sabbati possit ep̄o p̄ferri p̄sbatū et in die dominico p̄secratio nulla interueniente cōtinuatio ieiunij. oēs tenēt q̄ sic. q̄ non rep̄it̄ p̄hibi tum. et certū tps nō ē statutū inter hūc et illū ordinē vt̄ no. Jo. an. d. c. q̄ a patrib⁹. imo plus dicit Hugo q̄ pōt die dominico de mane ordinari i p̄sbatū et codē in tertijs in ep̄m. s̄ fm̄ Inno. h̄ nō fiet de ep̄o p̄silio cū ordinatio et cōsecratio debeat fieri cū missa et nullus d̄z duas missas eadē die celebrare. Itē fictio ista nō trahitur ad illū casum. ¶ Quero q̄d est fictio. dic q̄ illa q̄ ordinat̄ sup̄ falso. p̄sumptio autē que ordinat̄ sup̄ dubio. ¶ Quero quis debeat cōtinuare ieiuniū. dic q̄ ordinās et ordinatus. et id ordinās in missa quā celebrat in sabbato sumat soluz corpus et sanguinē et sic nō assumet vinū p̄fusionis de celebratione missarum. ex parte.

¶ Non est compos.

¶ Ordinās puerū. xij. annoz in diaconum suspendit a collatione ordinū et ordinat⁹ ab ip̄i executione vsq̄ ad etatē legitimā. Primo narrat̄ factū q̄d secūdo puniri p̄cipit. si est verum. ibi discretiōi. ¶ Ho. q̄ ex qualitate facti cognoscit̄ et q̄nq̄ ex modo faciendi de qualitate facientis et in factis p̄iura alterz duorum arguit̄. vel defectus intelligētē naturalis vel postiuē scie. ¶ Nota secūdo q̄ ordinās clericum in etate inhabile ad sacros debet priuari collatione ordinū et nō est ip̄o iure priuatus seu suspensus sed suspendendus. vide in de. generalem de etā. et quali. ¶ Tertio nota q̄ inhabilis etate ordinatus ad sacros recipit ordines et executionē nisi suspendat̄ et sic nō ē suspensus ip̄o iure s̄ suspendendus. ¶ Quarto nota q̄ p̄mouēs aliquem ad sacros ybi nō habet bñficiū debet sibi de beneficio p̄uidere donec beneficium ecclasticum sit p̄secut⁹. etiam si sit ab executione ordinis suspensus.

¶ Quinto no. q. suspensus ab ordine nō est inhabilis ad beneficiū ecclēasticū consequendū. in contrarium est d. de. ex. mi. si celebrat. **¶** Glo. hic nihil ponit boni. **¶** Sopo. q. nō debeat puniri in collatione omnium ordinū. q. deliquit nō in vno. vt patz s. eo. litteras. So. dicit glo. q. ideo hoc fit q. grauit deliquit ordinādo subsistēte defectu etari. **¶** Sopo. q. propter factū alterius nō debuit iste suspendi. C. de inoffi. testa. l. si q. in suo. de his que fi. a ma. pre ca. quesuit. Sol. licet cā impellens fuerit istum suspendendi delictū ordinantis cā finalis fuit defectus etatis ordinari. **¶** Quero qui sunt illi canones contra quos hic fuit ordinari. glo. allegat eos q. dicunt subdiaconū promoueri nō debē an. xx. ānos. et diaconum ante. xxv. **¶** Quero an possit in tali tēpore dispensari. dicit doc. q. sic. et ponunt de quolibz ordine. xxv. anni. sicut de presb. d. xxvij. di. c. si. fm hosti. qui remittit de elec. cū in cunctis. s. inferiora. **¶** Quero an suspensus a collatione certi ordinis puta diaconat. possit cōferri minorē ordinē dicit Jo. an. q. sic. xxv. di. qualis. de presump. non ne. de reg. iur. in penis. regula odia. de reg. iur. li. vj. maiorē vero puta presbyteralē cōferre non pōt q. quis in ipso maiori nō deliquerit fecit tū se indignum delinquēdo in minori. ff. de seruis expor. l. cui pacto. de ordi. ab epō. c. j. **¶** Quero an hic ordinatus ante legitimā etatē sit ipō iure suspensus vel suspendendus. vnde dicit gl. hic q. ē suspendendus nō suspēsus. et sic recipit ordinē quo ad characterē et executionē. **¶** Quidā et hoc sequit Abb. tenēt q. ē suspēsus ipō iure. Sui. con. ra. p. ter. hic. q. dicit suspēdim. nō dicit suspēsus nūciam. id nō. lxxvij. di. placuit. et placet Ray. i. sūma de eta. et qua. ordi. s. pena eius. et vide glo. in de. generalē. de eta. et quali. Anro. de Butrio.

¶ **Electis.** Epō eidē cōferens vna die plures sacros ordines etiā si de mādato metropolitani hoc fecerit ab ordinandi p̄tate suspendit. Primo ponit rephensibile ordinationem. Secūdo punit ordinantem ibi cum g. **¶** Ho. q. illud dicitur vnanimitē factū qd est ab omnibus factū nemine discrepante. **¶** Secūdo nota q. in minoribus cōstitutus pōt eligi ad ep̄alem dignitatem postulationis via nō electōis. j. de eta. et quali. a multis. fm hec tēpora. et hoc fm glo. primam. **¶** Tertio nota q. electus i ep̄m absq. archiep̄i mandato. nō d. ordinari etiā ad ordines sacros. **¶** Nota quarto q. in factis p̄tra iura mādātū superioris dispensare nō valentis delictū non excusat. Et nota q. superior in his que q. sunt contra iura vbi superior dispensare nō valet nō est parendum. **¶** Quinto nota regulā q. inferior a papa nō dispēsat nisi in casib. a iure exp̄ssis vel nisi vbi dispensatio apparet a iure pmissa. qd quidā intelligūt vt exigat q. simpliciter sit pmissa. Alij q. exigat q. specialit. epō sit pmissa. **¶** Sexto no. q. piuriū punit ecclesia nec de iure canonico deū habet vltorē et de piurio statur cōfessionī pprie. Itē q. negatiua pbat cōfessionē. **¶** Nota vltimo penā ordinantis aliquez ad sacros plures eadē die q. suspēdendus ē a collatio-

ne ordinū nō autē ē suspensus. **¶** Sopo. q. nō potuerit eligi in minorib. j. de eta. et qua. a multis. quia erat defectuosus eo q. nō erat cōstitutus in sacris. So. elegerūt ip̄m postulādo. nā eligi nō potuisset. simile. s. de renun. post transla. qd dic hodie vt de postu. pla. c. j. li. yj. vbi talis electio reprobat. sic nō pcedit glo. **¶** Secūdo ogo. q. ep̄i possunt dispēsa re nisi eis apparet exp̄sse phibitū. ar. j. de sen. ex. nuper. So. glo. dicit q. quidā dicūt q. ep̄i nō p̄t dispēsa re nisi eis apparet specificē pmissum. ad h. j. de si. presby. c. si. in qua opi. fuerūt Lau. Jo. et qdaz alij tenēt q. potuerit dispensare vbi nō apparet ei phibitū p dictū. c. nup. de quo. de iudi. ar. si clerici. l. di. miror. j. q. vij. s. nisi. Alij dicūt q. quedaz sunt q. tangūt generalē statū ecclē. et in illis nō est licitum epō dispensare vt hic. in criminib. aut licet dispēsa re eis nisi appareat exp̄sse phibitū. Alij extra dicūt aut vult ep̄s dispensare sup faciendo. et nō ē licituz nisi ei appareat pmissuz vt hic. Aut vult dispensare sup facto et licet nisi appareat phibitū vt in p̄trario. ad h. xxij. q. v. h. videf. Tertio q. ius pcedit simpliciter dispensare et ep̄i dispensant nisi exp̄sse prohibeat. de sen. excō. nuper. de de. ex. mi. postulasti.

¶ Quidā canon nō cōcedit dispensationē et nō p̄t dispensare etiā si in canone inueniat papā dispensasse. de cōsang. et affi. q. dilectio. xxxv. q. iij. qd scripsi. q. cū ep̄i debeant seruare canones non debent p̄ facē. nisi exp̄sse cōcedat. xxv. q. j. c. ij. et. iij. fm Anno. **¶** Hic sunt duo vidēda. primū qd est dispēsa re. secūdo in quib. dispensant ep̄i. **¶** Ad p̄mum dispensatio est cōis iuris relaxatio facta cum cause cognitione ab eo qui p̄tatem habet dispensandi. **¶** Ad secūdum an et in quib. p̄t ep̄i dispensare. et in tangentib. generalē statū ecclē nō p̄t nisi inq̄tū eis specificē reperiat pmissum. vt hic fm vnā solutionē. Aut volūt dispensare in alijs. et tūc aut volunt dispensare sup faciendo anteq. sit. et nō possūt nisi appareat a iure cōcessum vt hic. aut volūt dispēsa re sup facto. et tūc aut volūt dispensare in delict ex toto penā tollēdo. et in quib. p̄t dispēsa re et i qd nō seruandū est qd habet de iudi. ar. si clerici. q. in grauioribus adulterio et supra nō dispensant. nisi vbi appareat pmissum. in inferiorib. dispensant nisi appareat phibitum. Aut volūt dispensare in delictis infamā abolēdo. i. tollēdo. et nō p̄t. de re iudi. cum te. aut penā mitigando. et seruandū qd habetur de penis licet. de cōsti. c. ij. et de accu. qualif. ij. p. Anno. Aut volūt dispensare ius cōe vel cōstitutiones superioris. et si cōstitutio ē cōciliij nō possunt nisi appareat exp̄sse pmissum. **¶** Ho. gl. de ele. cum dilect. de si. presby. c. si. Nota in de. ne romani. de ele. rō p̄z. s. ti. p̄xi. p. translationē. Aut nō est cōciliij. et tūc qdam sunt iura in quib. dispensatio ē phibita et nō possunt. quedā in quib. simpliciter pmissa et planū. si simpliciter est pmissa. q. tūc p̄t dispensare nisi appareat exp̄sse phibitū ep̄is. quedā in quibus dispensatio nō ē nec pmissa. q. tūc possēt dispēsa re nisi appareat exp̄sse phibitū. quedā in quib. dispensatio nō est nec pmissa nec prohibita ita q. iura quib. loquūtur simpliciter et tūc non dispensant nisi

appareat a iure pmissū. Aut volūt dispensare cōtra
 p̄suetudinē vel statutū a se editum. ⁊ tunc Inno. ē
 sibi ip̄i cōtrarius. h̄ dicit q̄ dispensare nō p̄t. q̄ ex
 quo legē fecit ep̄s vel cōsuetudinē ex qua ius ē alte
 ri questū nō p̄t illi ius illud tollere. ff. q̄ d̄sq̄ iuri.
 ⁊c. ⁊ patere legē quā ip̄e tuleris. s̄. de cōsti. cū om̄is
 nec etiā anteq̄ ius querat ex ea nō p̄t ep̄s dispen
 sare ne aliquis in eā particularit̄ incidat. cū non sit
 facta p̄ speciali cōmodo alicuius s̄ p̄ cōi. iij. di. erit
 aut̄. s̄rium ip̄e no. de sta. mona. cū ad monasteriū.
 credo q̄ si statutū cōcernit cōmodū priuati q̄ tran
 sit in cōtractū. vt q̄ fuit p̄clamatū q̄ venientes cau
 sa habitandi ad talē villa habeat imunitatē. x. anō
 rum. ⁊ tale statutū nō potest reuocare respectu illo
 rum qui aduenerūt. q̄ respectu illorūz transeūt in
 cōtractū. vt no. in. l. fi. C. de decre. ab ordine facien
 dis. nō p̄t cōtra illā dispensare. secus als̄ puto tū
 q̄ si ex causa vellet ip̄e illā reuocare p̄ cōi utilitate ⁊
 eēt talis q̄ superiorē non recognosceret q̄ posset ad
 alterius incōmodū statuere q̄ posset illā dispen
 sare ad p̄iudiciū iuris p̄uari in subiectos p̄ scripta
 p̄ Inno. de iniurijs. in nostra. Alij hanc materiā
 dant p̄ casus sp̄cales q̄s ponūt hic doc. enumeran
 do casus in quib⁹ dispensant ep̄i. quos ponā stati
 expedita decretali. ⁊ sunt. xxiij. in quibus lz ep̄o di
 spensare ⁊ in quibus nō licet q̄ similiter notantur i
 spe. de legato. s̄. nunc d̄ ep̄oz. inter quos aliquos
 cōcedit ecclesia quos negat Inno. ⁊ aliquos conce
 dit Inno. q̄s negat ecclesia. ip̄os ergo plene potes vi
 dere p̄ ip̄m ⁊ p̄ Jo. an. in nouella q̄s enumerare et
 decidere eēt nimis longū. iō p̄nūc omitto cum tem
 pus nō pat̄. ¶ Dico. q̄ decre. habeat p̄ditionez
 q̄ primo dicit q̄ ep̄s hoc facit de mādato archiep̄i.
 postea dicit s̄rium. dicit q̄ p̄mo hoc asserbat canonī
 cus ad sui excusationē. s̄ postea fuit repertū s̄rium
 ex p̄fessione ep̄i. ¶ Dico. q̄ fuerit excusat⁹ h̄ ep̄us
 ex mandato superioris. lxiij. di. saloni. dicit vt ibi
 notat. ⁊. lxxvi. di. amputatis. ⁊ de re. iij. q̄ d̄. lib.
 vij. dicit in leuiorib⁹ ⁊ dubijs excusat mandatū supio
 ris in grauiorib⁹ ⁊ certis nō excusat. ¶ Dico. q̄ de
 beat quis parere supiori. s̄. eo. ad aures. dicit si ē cer
 tū q̄ ē iniustū nō est parendū. si iustū parendū ē. si
 dubiū idē vt ibi fuit no. ¶ Dico. q̄ grauiori pena
 debuerit puniri q̄ ex quo p̄iurus fuit debuit depo
 ni. de iureiur. querelam. glo. fatet q̄ hoc debuerit
 fieri s̄ q̄ nō fuit actū s̄ istū ideo ita leuis imponitur
 pena. s̄. de elec. p̄ inquisitionē. v̄l q̄ p̄fessus fuit pa
 pa misericorditer se egit cū eo. xv. q̄. j. c. j. ⁊. c. si q̄s.
 tamē hec pena sola talib⁹ cōsueuit imponi. s̄. eo. lit
 teras. fm̄ hosti. ¶ Ultimo p̄ hūc tex. apparet q̄ cō
 fessione probat negatiua. ad hoc de cōfes. c. j. li. vij.
 ⁊ dixi de elec. bone. j. casus autem in quibus ep̄us
 dispensat. scripsi. ⁊c. ¶ Anno. Bur.

Consultationi. Ordinatur ad
 p̄ora statuta ordinē recipit ⁊ post peniten
 tiam cum illo dispensat ep̄s. h. d. ¶ Nota primo q̄
 ordinatus extra quattuor t̄pa recipit characterem
 ⁊ nō executionē. ⁊ sic p̄t q̄ de ordinis substātia nō
 est tempus ordinis conferendi sed solū de bene eē.

Et nota q̄ defectus solemnitatis extrinsece nōn ip̄e
 dit habitū actus sed solū exercitiū. ¶ Nota. tertio q̄
 cū ordinato extra quattuor t̄pa quo ad executionē
 dispensat ep̄s. ⁊ per hoc habes vnū casum in q̄ ep̄s
 dispensat. ¶ Dico. q̄ character ordinis nec ordo i
 primat ex quo nō est ordo cōgruo t̄pe collat⁹ quia
 tempus videt de substātia. sic ⁊ in electione. de ele.
 q̄ propter. ⁊. c. audis. So. dicit gl. q̄ t̄ps nō ip̄edit
 characterē q̄ nō ē de substātia sicut nec etas. s̄. eo.
 vel nō est cōpos. sic ⁊ baptismus a quocūq̄ p̄ferat
 in forma ecclesie imprimis character siue a iudeo si
 ue pagano q̄uis ab eo nō debeat recipi. d̄ sum. tri.
 c. j. ad ii. de cōse. di. iij. a quodā. dicit tamen rex. hic
 ⁊ glo. q̄ q̄ transgressor est canonis recipiens extra
 quattuor tempora q̄ puniē q̄ priuat⁹ p̄tate ordinā
 di. s̄. eo. sane. nisi cū eo dispenseret. dicit tū hic doct.
 s̄. hosti. q̄ q̄ peccat mortaliter transgrediendo man
 datū est suspensus. iō de iuris ordine executio non
 habet licet habeat character. iō dicit sustinere po
 teris. quis aut̄ possit dispensare. videt q̄ ep̄s ex eo
 q̄ dicit poteris sustinere. In p̄trariū est. s̄. eo. cum
 quidam. ibi dū dicit donec apud nos. In p̄trariūz
 videt q̄ papa hic r̄idet ad p̄sultationē. p̄ q̄ videt
 q̄ ep̄s possit suo iure dispensare. nō ex cōmissiōe fa
 cta a papa. s̄ dicit q̄ cōsultatio fuit sup̄ characterē. q̄
 de dispensatione addit papa fuit additū absq̄ que
 sito. glo. residet q̄ ep̄s possit. q̄ hic r̄idet ad cōsul
 tationē ⁊ in p̄trariūz papa sibi reseruabit ex certa
 scia p̄ter ius vt alij magis teneant. dicit h̄ hosti.
 q̄ aut̄ est ordinat⁹ extra quattuor t̄pa ex iusta igno
 rātia ⁊ dispētabit ep̄s vt h̄. ⁊. j. n. ij. c. ij. ⁊ p̄t allega
 ri iusta ignorātia. vt q̄ simplex fuerit q̄ nunciavit i
 ecclesia quattuor t̄pa eē t̄pe quo nō erāt ⁊ ep̄s nō in
 quisit bene. vel q̄ fm̄ diuersitatē locor in diuer
 sis t̄pibus quattuor t̄pōz ieiunat. Ad cognosce
 da tū quattuor t̄pa de iure dant⁹ x̄sus. T̄lt crux
 lucia cinis ⁊ carinata dia. T̄lt det vota pia quar
 ta sequēs feria. Et his sabbatis. quattuor t̄pōz
 ⁊ sabbato mediane quadragesime. ⁊ sabbato san
 cto ⁊ his t̄pib⁹ nō obstante s̄ria p̄suetudine sunt sacri
 ordines conferendi. s̄. c. j. ⁊. ij. minores eis dē. sab
 batis vel dieb⁹ festiuis cōferunt. ¶ De prima ton
 sura dicit hic h̄ osti. q̄ qualibet die cōferri p̄t. quia
 canones d̄ illa certū die nō exprimūt. ⁊ q̄ sic de ge
 nerali cōsuetudine obseruat. j. de eta. ⁊ qua. cū cō
 tingat. q̄sq̄ collati sunt ordines t̄pe incōgruo scien
 tibus. ⁊ tūc si querit de dispēlatione ex necessitate
 vel utilitate eccle. hanc facit solus ep̄s. ad h̄ de ele.
 cū nobis. ⁊. c. in causis. nisi sit deinquēs in hoc. de
 cle. cōiu. diuersis fallacijs. d̄ dona. inf. vi. ⁊ vxo. ⁊ si
 necesse. vel nisi papa fecerit sniam vel sibi retineat
 dispensationē. s̄. ti. pr. litteras. in fi. aut dispositio
 seu dispensatio sit propt̄ merita electi. ⁊ tunc dico q̄
 suo iure dispensare non posset nisi sibi specialiter
 committeret. s̄. eo. cum quidam. fm̄ hosti. qui di
 cit hoc tenendū q̄cquid notauerit in sūma. eo. ti. s̄.
 fi. s̄. si prelatos. vbi dicit q̄ ex causa necessitatē ⁊ vti
 litatis dispensat. als̄ nō. ¶ Nō ob. s̄. eo. cū quidam.
 quia ibi ille non erat subiect⁹ archiep̄o imediate.

Consultationi. Ordinatur ad
 p̄ora statuta ordinē recipit ⁊ post peniten
 tiam cum illo dispensat ep̄s. h. d. ¶ Nota primo q̄
 ordinatus extra quattuor t̄pa recipit characterem
 ⁊ nō executionē. ⁊ sic p̄t q̄ de ordinis substātia nō
 est tempus ordinis conferendi sed solū de bene eē.

Quesitum. Occultus criminofus ppter homicidiū in fufceptis poſt penitentiā pactaz miniſtrat. ⁊ ad ſuperiores aſcēdit an penitentiā moneſt vt etiā in fufceptis nō miniſtret. h. d. lōis diuiſio. ſcda ibi reſpondem⁹. ¶ Nota q̄ ex criminib⁹ q̄s p̄dit bonū recte cōſcīe. ¶ Nota q̄ appellatione ſacerdotū nō cōphēdūſ clericū. poſſet induci hūi. ¶ Et nō. q̄ appellatione clericorū in lata ſignificatione cōprehendūtur ſacerdotes. ¶ Nota. ſcdo hic rex. apertū q̄ omne in iudicio probatū dicit notoriū. Et aduerte q̄ hic vult rex. hoc q̄ſt eſt ordine iudiciario probatuz vbi ſūmarie videtur hoc nō ſufficere. dixi in. c. veſtra. de coha. de. ¶ Nota tertio q̄ omne delictū graue et notoriū inducit irregularitatem. ⁊ nō. effectū irregularitatis. q̄ impedit in fufceptis miniſtrare ⁊ prohibet a fufcipiendis. ¶ Nota quarto regulaz q̄ oē delictū quātūcuq̄ graue occultū intellige prout diſtinguit cōtra notoriū. pbabile tñ p̄ pactā p̄nīaz nō impedit ad ordines aſcendere ⁊ in fufceptis miniſtrare. ⁊ ſic nō cauſat irregularitatem. fallit in homicidio q̄ delictū quātūcuq̄ occultū. i. nō notoriū inducit irregularitatem ⁊ impedit in fufcipiendis ⁊ fufceptis miniſtrare etiā acta penitentiā. ¶ Nota quinto q̄ nullū peccatū etiā ante actam penitentiā dūmodo nō cauſet irregularitatem impedit p̄ ſe a miniſtrando in fufceptis vel a fufcipiendis q̄ſt eſt occultū q̄ intelligo etiā ſi ſit pbabile ſed bene talia ſuſpēdūt q̄ ad ſe durante peccato. nō quo ad alios. ⁊ hoc caſu q̄ nulla ē pena cōtētoſa ſi p̄nīalis habet ſe ſupior monēdo nō p̄ciſe compellendo. ¶ Q̄po. primo p̄ declaratione decre. anteq̄ deſcēdam ad glo. q̄ nō videt q̄ in aliquo delicto etiā homicidij poſſet q̄ſt prohiberi in fufceptis vel in fufcipiendis. q̄ ecclia nō iudicat de occultis. xxxij. di. eru belcāt. cū ſi. cōiter doc. intelligūt decre. q̄ loquatur de criminibus occultis ſimpliciter put crimē occultum diſtinguit p̄tra pbabile. ⁊ ſm iſtū intellectū de cre. ponit duas regulas. implicite vna ⁊ alterā explicitā. ¶ Prima implicite eſt. q̄ ois mediocris peccator notoriū incurrit irregularitatem etiā poſt peractā p̄nīam ipedit in fufceptis ⁊ prohibet a fufcipiendis. ¶ Secūda regula q̄ ois mediocris occultus peccator nō incurrit irregularitatem nec quo ad ſe ſuſpenſus eſt q̄n poſſit celebrare. nec etiā cōſulendo nō debet prohiberi ex quo egit p̄nīam. ⁊ quo ad ſuſceptos ⁊ fufcipiendos. ¶ Tertia regula q̄ ſumit̄ exceptiōe put excipit̄ homicidiū. licet rex. facit p̄ modū caſus tñ ex quo faciunt regulaz q̄ ois grauis peccator occult⁹ incurrit irregularitatem ⁊ etiā poſt peractā penitentiā eſt ſuſpenſus. ideo ſi cōſulit an debeat celebrare vel ad ſuperiores aſcēdere. prohiberi debet a cōſulente nō p̄ciſe ſi cōſulendo q̄ ſuſpenſus ē q̄ ad ſe. ⁊ ſic loquit̄ decre. ¶ Quarta regula ē in mediocri peccato in q̄ p̄ſiſt̄ ⁊ occulto. ⁊ adhuc nō pōt prohiberi licet debeat moneri ex q̄ peccatū eſt occultū. ad q̄ ſiſident q̄ fatendū q̄ occultus peccator nullo modo d̄z prohiberi. Si loq̄mur de pbibitiōe contentioſa. ⁊ p̄ciſa ſi de p̄nīali ⁊ monitiua d̄z prohiberi quādo p̄ſuerat in p̄ad vel q̄ſt nō p̄ſuerat. ⁊ ē irregularis

vt homicida. hic intellect⁹ ē in ſe verus ſi nō p̄ciſa cēt. q̄ rex. videt loqui de p̄ciſa monitione ⁊ pbibitione ideo intelligo rex. vt loquat̄ de p̄ciſa. ⁊ intelligat̄ de delicto occulto put diſtinguit̄ cōtra notoriū. q̄ tñ eſt pbabile. ⁊ ſm hoc d̄ci d̄t decre. iſta q̄ q̄ſq̄ delictū ē mediocre ⁊ occultū pbabile tñ. et poſt actā penitentiā. ⁊ nō debet prohiberi in fufceptis nec in fufcipiendis. q̄ tales nō ſūt irregulares vñ ex quo egerūt p̄nīam nō ſunt pbibendi. Quāq̄ delictū ē graue ⁊ occultū vt cauſans irregularitatem vel ip̄o iure inducēs ſuſpenſionē. ⁊ tñ pbiberi d̄z vt in homicidio de quo loquit̄ cā exempli. vñ idem in alijs ſuſpenſionē vel irregularitatem inducētibus. Quāq̄ delictū eſt mediocre ⁊ notoriū. ⁊ hoc etiā p̄ peractā p̄nīam ipedit. q̄ cauſat irregularitatem. Quāq̄ ē mediocre ⁊ occultū ⁊ nō d̄z eſt acta p̄nīa tamē eſt pbabile. ⁊ adhuc d̄co q̄ pbiberi nō d̄z ſi moneri. q̄ ex quo delictū nō cauſat irregularitatem licz hic ſit in peccato ⁊ poſſit pbari anteq̄ notoriū ſit. non pōt hic pbiberi a miniſtrando. q̄ hic p̄pter peccatū ſuſpenſus eſt tñ quo ad ſe. a fufcipiendis autē poſſet pbiberi. ⁊ hoc nō negat̄ decre. ¶ Cōcludendo in oīa d̄co q̄ quedā ſunt crimina enormia q̄ q̄ ad p̄poſitū ſūt delicta natura delicti cauſantia vel irregularitatem vel ſuſpenſionē. vt ē delictū homicidij. ⁊ de hoc ē certū penes oēs vt hic. de his ē dubitum certe vt ē crimē ſimone. de accu. inquisitionis ⁊ alia delicta q̄ enumerant̄ per doc. in. c. niſi cū p̄dem. §. p̄pter p̄ciſiam. §. de renū. vel verius illa i q̄bus apparet̄ iure q̄ inducunt ſuſpenſionē ip̄o iure. ⁊ in iſtis aut crimē ē notoriū ⁊ duplici cā inducit irregularitatem materia delicti ⁊ occulte notorietatis. hec impediunt ſiue acta penitentiā ſiue nō. vt hic ⁊ in fufceptis ⁊ in fufcipiendis. ¶ Aut ſunt occulta put occultū diſtinguit̄ ſi notoriū. ſūt tñ pbabilia ⁊ tunc idē ſiue ſit acta penitentiā ſiue nō. vt hic ſm intellectū quē ſequor. ⁊ p̄ſt tales p̄ciſe prohiberi. aut ſūt oīno occulta. ⁊ tñ tales q̄ ad ſe etiā acta penitentiā ſunt ſuſpenſi ⁊ ſunt pbibendi in foro p̄nīe cōſulendo ſi nō p̄ciſe in foro cōtentiōſo ſi ſue relinquent̄ cōſcīe. vt hic ſm aliū intellectum. ¶ Quedā ſunt delicta enormia ⁊ cauſantia irregularitatem vel ſuſpenſionē. ⁊ iſta manifeſta impediunt in fufceptis ⁊ fufcipiendis. occulta in fufceptis tñ nō impediunt ſi in fufcipiendis ſic. §. c. ex tenore. ¶ Quedā ſunt delicta mediocria. ⁊ appello mediocria oīa mortalia de quib⁹ in ſūma. de peni. ⁊ remiſſ. §. de peccatis. ſub. §. q̄ aut̄ ſunt peccata mortalia. xxv. di. §. nūc autē. q̄ ſui natura nō cauſant irregularitatem in que ē p̄nīū. adulteriū. ⁊ falſum teſtimoniū vt apte patet hic. ⁊ dic q̄ q̄ſq̄ hec mediocria ſunt notoria iuris ⁊ facti. ⁊ talia p̄pter notorietatem cauſant irregularitatem ex accidenti. ⁊ tales nō p̄ſt p̄moueri acta vel nō acta p̄nīa. vt hic. ⁊ eſt caſus ip̄ciſe niſi ſecum diſpenſet̄. ¶ Attendendū tñ q̄ in diſpenſandi p̄tate diſtinguit̄ inter iſta an ſint de mediocrib⁹ minoribus ⁊ diſpenſant̄ epi niſi appareat. pbibitū acta penitentiā. de iudi. at ſi clericū. ſi ſint de maiorib⁹ d̄ iſp̄e ſat ſolus papa niſi vbi appareat epiſ permiffū. §. h caſu pōt p̄cedere opi. alia de qua ſit mēto hic i gl.

que exigit in talibus dispensatione. Quisq; hec delicta mediocria sunt occulta put distinguit occultus et notorius. et sic sunt pbabilia. et tunc aut isti volunt pmo ueri acta pnia et pnt. ut hic est casus. Aut uolunt pmo ueri nodum acta pnia. et hic dicunt quidam q; talia faciunt hoicem irregularē ut nō possit in susceptis ministrare nec ad superiora ascendere. Credo q; quo ad se sunt irregulares. q; nō pnt salua cōscia ministrare nec ascendere. quo ad alios aut ut possint p hiberi dico nisi huius delicti pbatio recipiat ita q; transeat in notoriū q; nō possit etiā p hiberi s; bene debet moneri. et sic d; intelligi hec decre. in fi. dic q; aut in susceptis et ante pbationē receptis non pōt impediri s; debet moneri ut hic. aut in suscipiendis et dico q; oblata pbatio poterit impediri. ar. eoz; q; no. p. hosti. in. c. queris. de eta. et qua. et de coha. de. et mulie. vestra. ¶ No. q; ubi cōscia regulat a iure diuino. et tunc pntio pnie semp tribuit potestatem ministrandi in susceptis et ascēdēdi ad superiores. secus si regulat a iure positivo. q; seruāda sūt forte dicta. s. de hoc no. fuit. s. co. ex tenore. Quisq; hec crimina sunt oino occulta et si acta pnia idem qd. s. et fori? ea nō acta nō possunt p hiberi s; tñ moneri. et sic q; loquit finis decre. ¶ Sp. scdo p; vnuz supra incidentē p; suppositū q; p; iuriū sit de mediocribus. q; imo ē mar? delictū adulterio. xxij. q. v. ille. So. dicit hosti. hic q; illud quod dicitur de homicidio hic h; locuz et in alijs grauib;. et sic p; iuriū sequitur homicidiū. hoc nō dicit hosti. s; remittit ad. c. ille. et ibi no. q; homicida dicit grauius peccare. et sic nota. verū qd; hic ponit ar. eoz; q; no. de renunē. ni. si. s. ppter cōsciam. qd; infinite displicet. q; ptra hāc decre. dic ergo q; quo ad effectū irregularitatis. de quo agim? maius censet homicidiū et magis hoerē dū. Itē quocunq; sit sufficit q; a iure nō reperitur q; p; iuriū inducat suspensionē. ¶ Quero an regularis ordinat? ubi eget dispensatione characterem recipiat. doc. dicit hic q; sic dūmodo in forma ecclesie ordinet et vera sacramēta conficiat. xij. di. secundū. j. q. j. dñs. et c. qd; quidā. et no. j. n. j. c. h. ¶ Quero secūdo an in delictis mediocrib; acta pnia absq; dispensatione possit qd; ad superiores ascendere et in susceptis ministrare. hic Ela. videt velle q; non nisi saltem epus cū eis dispenset qd; pōt. ut de iudi. ar. si clerici. et dicit q; valde necessaria est dispensatio nō ppter dispositionē vitandā q; occulta peccata vni dictā nō habēt. xxij. q. v. xpiana. s; ut licite suū officium exequant. qd; aliter non pnt. xxij. di. habuisse Itē opabitur dispensatio. q; sup; flo delicto amplius accusari non poterit. de si. presby. ex tua. de scif. ma. fraternitati. nō ob. xxij. q. ij. admonere. xv. q. v. presbyter. de peni. di. iij. diuina clemētia. q; v. q; dispensatio vel absolutio pnia nō tollit penā cōtentiosam s; bñ tollit dispensatio iudicialis. ut. j. de iudi. ar. si clerici. h; vltimū dictū est v. s; p; mūm nō placet ut dicit gl. si. q; delictū mediocre occultus habita pnia nulla eget dispensatione. ut est dictum s. et ē hic casus ad lram. et ad h; ut huius dispensatō opetur quo ad penā p; tentiosam in delicto occulto habebit occult? peccator nō solū epō s; etiā testibus

p quos pbare possit pdere crimē suū. de quo. l. di. ex penitentib;. Bo. an. ¶ In gl. p confessionē ubi p testes. et sic omne iudicialit pbatiū ē notoriū. ad hoc qd; no. Inno. j. de si. presby. constitutus. Bo. an. de x. sig. cū olim. imo oē cōstas ex actis pōt eē notoriū. ut no. Inno. de app. ex insinuatione. de accu. euidētia cū sua glo. vide qd; no. de testib; p tuas. de cōsue. cum dilectus. ¶ In gl. pe. ubi in occultis. scz irregularitātē vel suspensionē quo ad se et alios inducentib;. in alijs aut irregularitātē vel suspensionē nō inducentib; nō est necessaria dispensatio nec quo ad penā nec quo ad accusationē delictuz est occultū ubi tñ inducūt suspensionē quātūcunq; delictū est occultum necessario habebit p; tēri non solum epō sed etiam testibus presentibus ut possit pbati dispensatio. de quo. l. di. ex penitentibus.

De scrutinio in ordine faciendo. Rubrica.

¶ Dicto de ordinandis q; ordinandi examinandū sunt. ideo. rē. et est duplex scrutiniū. vñū qd; habet ante ordinationē cuius forma habet. xxij. di. qñ epus. et hoc put loquit de scrutinio ante ordinationē de secūdo qd; fit post determinationē de quo hic. et xxij. di. epus. et c. se. xxij. di. p totū. l. di. q; in aliq.

Ex parte. Epus ordinat? in scrutinio epī ordinandi rñdere pōt illum dignū si eum nō nouit indignum. Et sunt due ptes. In prima de causa cōsultatio. In secūda rñsio. ubi fraternitati. in qua primo ecclesie romane morē inducit scdo rñdet. rñsum moderat. et moderatū declarat. ¶ Nota primo q; ante q; pcedat ad actū ordinationis d; pcedere quedā inquisitio sumaria et extra iudicialis. de qualitate ordinandi cuius forma est ut vnus de assistentib;. i. p; sentans interroget de habilitate p; mouendi et ipse respondeat de credulitate ordinandi. ¶ No. secūdo q; in his in quib; nō pōt haberi certa et determinata noticia admittitur et tñ moniū credulitatis. ¶ Et nota q; testis deponens ex certa scia idoneitatis vel habilitatis alicuius eo ipso subdit anceps p; iuriū ex eo q; nō potest de hoc certa dari et determinari veritas. ¶ Et no. q; etiā illud dicit quis scire qd; scit p credulitatem vel presumptionē qñ ei? certa nō pōt dari veritas v; sciri. et tñ non d; scire simplr s; scire put natura patit. et sic nota q; qd; astringit ad opatōes fm metas nature. et vltra ad sup; naturalia nō artat. ¶ Et no. q; nō vitiat dictuz testis si dicat se scire id qd; capit nñ ex credulitate vel p; sumptione si tēperat illas mere ad metas nature. ¶ Nota tertio q; asserēs tacite v; ex p; esse quē dignum nō peccauit si eū nō nouit indignū. et sic p; q; quilibet dign? p; sumend? est nisi appareat indign?. ¶ Nota quarto qd; dicat simpliciter dictū et nō simpliciter dictū. q; illud d; simpliciter dictū qd; absq; plica et limitatōe asserit. illud aut d; non simpliciter dictū qd; asserit cū aliq; definitiōe. qd; ē nōndū p; statutis q; ad positōes exigūt simpliciter rñsionē et q; requirunt positōes simplices eē. ad h; Butrigl

in. l. ij. C. de iura. calu. **N**ota qnto q loquēs etiā
veritatem cōtra cōsciam peccat mortaliter. **S**e-
cro nota cautelam z instructionem interrogati. qz
aut scit eum eē dignū z secure respondeat eum esse
dignū. aut sibi cōstat eū eē indignū z non debet re-
spōdere eū eē dignum nec etiā eum aperte dicere
indignū debet hoc nūciare epō qui eū ordinar vel
archiepō cōsecranti z hoc in ordinatione presbyte-
ri vel diaconi. Et no. q nō semp stilius curie ab infe-
rioribus est in exemplum trahendus. qñ stilius curie
aliquid pter regulas dispensatiue operatur.
Epo. q nō debeat rīdere se scire illum dignum z
habilem ex quo ignorat habilitatē vel inhabilitatē
sed potius debet rīdere q ignorat. Sol. dicit glo.
quādoqz aliqua verisimilia precedunt iudicia ex q
bus debet quē dignū presumere z tunc non debet
respondere se ignorare sed q scit eum dignum eē.
hec enim precedunt iudicia. qz eo q vidit eum elec-
tum z p̄sentatū a bonis debet eū habile z dignum
presumere. z de tali rīdere debet qd audiuit ab alijs
xxij. q. v. hic dicit. secus si nihil precedat preambu-
li. qz tūc nō p̄sumit dignus. Secūdo videt q i du-
bio debeat q̄s potius p̄sumi indignus q̄ dignus. C.
de his q̄ ve. eta. imp. l. ij. C. de proba. l. ex p̄sona.
Ite secūdo qz in dubio p̄sumendus est excōmu-
nicatus. de sen. ex. cum desideres. s. secūde questio-
ni. hinc est q fortius p̄sumit fornicatio q̄ m̄fimo-
nium. vt patet. xxx. q. v. aliter dicit glo. q vbi agit
de anime p̄iudicio p̄sumendū est in deteriore p̄-
partem. de spon. iuuenis. **L**ite iudicia p̄sumi-
tur potius iustū z bonum q̄ p̄sumat aliud. vt hic.
lxxxvj. di. si quid. **D**ic cōcludendo dicta doct. si
querit quo ad se qd q̄s debeat p̄sumere de se qd qz
ei cōsulendū vt p̄sumat. z tunc dicendū q potius
se nō idoneū z malū q̄ bonū p̄sumere debet. z ma-
xime in his in quibus ē piculū z scandalū aliorū. z
hoc ne piculatur aia ip̄ius vel eius salus negligat.
ad hoc de de. excō. m̄. illud. z nota. glo. de de. cum
in iure. qñ qz qñ q̄lis quis ab alio debeat i dubio
p̄sumi. z tūc aut nihil petit ad qd eius requiraf ha-
bilitas vel idoneitas. z in dubio debet plus p̄su-
mi dignū q̄ indignus. qñ qz aliquid petit. z tūc aut
querit de idoneitate naturali. z tūc aut nō apparet
in p̄teritū vel in p̄sens de aliqua eius inhabilitate
z tūc respectu bonitatis naturalis quilibet d̄z p̄su-
mi bonū. potius q̄ malus. z h̄ iō qz naturalit̄ credat̄
bonus z plenū veritatib⁹. z sic naturalit̄ hominī
p̄sumuntur virtutes inesse. nec ob. peccati destru-
ctio. qz cōtra illud daf sacramēti reparatio. d̄ sum.
tri. firmiter in quo p̄ferf gra. de cōse. di. iij. c. ij. iō
cū p̄ter semel repatus adhuc p̄sumit repar⁹ donec
cōstet cōtrarium. C. de proba. siue possideris. ff. de
mino. aut p̄tor. all. l. z si sine. s. penul. Aut cōstat p̄
baptismū ipsū semel malū z nō idoneum fuisse. z p̄-
sumit semp nō idone⁹ i illa specie donec p̄riū p̄bef
sue nō idoneitas surgat ex malicia aie siue corpis
defectu. de elec. cū inf. R. z p̄z in regula sc̄l malus.
de reg. iur. li. vj. z hec vera. siue q̄raf de p̄sonis p̄-
nuandis. C. de p̄ba. l. si. lxxxvj. di. si q̄s. siue q̄ratur
de bñficijs acquirendis z p̄sonis sublinādis. qz de

occultis hoim actib⁹ in quib⁹ ecclesie nō eminet eui-
dens piculū p̄sumit bonū. añ qz tñ p̄moueat de b̄
inquirendū ē. z si aliqua ē p̄sumptio p̄mouendū
vel orif aliqd dubiū inquirendū ē. z illud purgat p̄ i-
quisitionē. de p̄sump. l. fas. si nulla ē sp̄ealis p̄sum-
ptio sp̄ iudex faciet generalē inquisitionē. de de. ni-
hil. z facta examinatione si nihil mali repit sp̄ p̄esu-
mēdus ē bon⁹ p̄ apparētā posteri⁹ p̄sumit postea i
p̄teritū. de spon. is qui. de elec. innotuit. **Q**uāqz
q̄rif de bonitate accidentis ad naturalē bonitatem
q̄ est annexa intrinsece bonitati. z tunc gl. dicit q̄ h̄
nō p̄sumit. qz h̄z sp̄ accidēs. z no. glo. de elec. si for-
te. z. c. q̄ sit. li. vj. **S**ed huic obuiat hec decre. qz
z hic agit in p̄secrādo de bonitate nō naturali oio s̄
etiā accidētis ad naturā. z tñ p̄sumit hic bon⁹. p̄z d̄
elec. cū in cunctis. ad hoc de p̄sump. c. fi. Dic q̄ p̄-
dicta p̄cedūt qñ nullū apparet testimoniū bonita-
tis illius vel p̄sumptio. vbi autē aliqua apparet p̄e-
sumptio. vt qz ad hoc p̄ alios ē p̄sentatus vt bonus
ad hoc ē elect⁹ vt bon⁹ z p̄firmat⁹. sicut in illo q̄ pe-
tit cōsecrari. z tūc p̄sumit accidētalis bonitas. z sic
loquitur hic. z hoc ē qd vult dicere glo. j. Idē qñ p̄-
cedit aliqua examinatio ip̄i⁹ z nihil mali apparet p̄-
eū. vt. d. l. si. **Q**uāqz querit de idoneitate extrin-
seca bonitatis extrinsece vt diuitiarū. z tūc dicit aut nō
apparet aliquū diuitias habuisse. z nō p̄sumit. qz q̄li
bet nascit̄ nudus. Job. j. xlvij. di. sicut z talis p̄esu-
mit nisi p̄bef vestit⁹. z h̄ qz diuitie vt accidentales
de facili absunt z adsūt. vt in. s. magistrat⁹. que al-
legat glo. in auē. vt oēs obe. iudi. colla. v. Ad p̄di-
cta. regula de reg. iur. semel malus. li. vj. aut semel
ponunt diuitie z p̄sumunt. **E**x his cōcordantur
due glo. iur. ciuilib⁹ s̄rie. quaz vna ē in. l. si xō. s. q̄
p̄ rei qualitate. ff. q̄ satid. cogā. q̄ tenet q̄ in dubio
hec idoneitas p̄sumat. alia ē in. l. ij. ff. de p̄ba. que
tenet cōtrariū q̄ nō p̄sumat z sp̄ p̄sumit donec con-
trarium probetur. ff. d̄ p̄riui. credi. l. si creditores. d̄
hac materia de p̄sump. c. fi. z plenius in regula se-
mel malus. de reg. iur. li. vj. z qd scripsi de elec. bo-
ne. z per Ly. de proba. l. actor. z ibi per Butriga.
Quid si habēs respondere in scrutinio denun-
ciat inhabilitatē p̄mouendi ad ordines decreto. ar-
chiep̄iscop⁹ nō vult ipsum audire sup̄ denunciata i
dignitate nisi publice proponat. dic fm̄ Inn. q̄ de-
bet euitare scrutinū si potest. z euitet sic q̄ per eum
crimen fratris non publicetur. vñ si eo p̄sente z ta-
cente publicaret dicat predicta verba. z si euitare
nō potest dicat hoc secure cum loquat in p̄sona ec-
clesie que suā indignitatē ignorat. ij. q. j. vn⁹. z. q.
vj. pleriqz. de offi. ordi. si sacerdos. z si p̄ h̄ nō ifor-
mat cōsciam suā satisfaciāt ei fm̄ hosti.

De ordinatis ab episcopo qui episcopatu re-
nunciavit vel excommunicato. Rubrica.

In tractatu ordinandorum q̄ precedit z sequit̄
interponit h̄ rubricella de ordinatis ab ep̄o qui epi-
scopatu renūciavit z incidens ponitur de ordinat̄
ab ep̄o. **Q**uid de ip̄is excōmunicatis ordinatis.
habet de sen. ex. cum illoz. de ordinatis a simonia-

co. de simo. per tuas. et alio criminoso. ix. q. i. i summa. et vide de scisma. c. j. de prima parte non habet in decre. sed inducitur. j. q. j. ventu. et q. vij. daiber tum. de ordinatis ab his de quibus dubitatur an fuerint episcopi. lx. vij. di. de secunda. ix. q. j. p totum et de scisma. c. j. et ij.

Requiritur. Episcopus qui renūciavit loco tunc inuitatus ordines conferre potest sicut prius si renūciavit ordini cuius ordinato per eum ad maiores vel ignoranter ad sacros dispensat episcopus. cum ordinato vero scienter ad sacros non dispensat. In prima consuetudine. in secunda distinguens rursus. secunda ibi. respondem. **¶** Nota. duo iura concurrere in episcopo. primo ius dignitatis episcopalis coherens persone que habet per consecrationem. secundo administrationis ius coherens loco cui preesidet. que habet per confirmationem. s. de elec. transmissam. **¶** Et nota que hec iura non sunt inseparabiliter conexa vel indiuidua vni vni potest renūciare sine altero si inchoet a loco. **¶** Et nota que prius in his que sunt in habitu ordinis residet in dignitate coherente persone. quo ad exercitium residet in loco cui preest et in quo administrationem habet. Ex hoc concluditur que episcopus qui renūciavit administrationi non dignitati potest illa que sunt ordinis que ad habitum non quo ad exercitium. que caret obiectis in quibus nisi sibi integre per inuitationem alterius qui habeat exercitium. **¶** Nota que in ordine et in preesente considerantur tria. character ordinis. habitus et exercitium. primum quo ad preesentem preesentem residet in characterem consecrationis et dignitatis episcopalis. putat coherere persone. Tertium residet in administratione dignitatis. et hoc inferitur que habet omnia hec tria conferat characterem et habitum non executionem. habet primum solum preesentem characterem. Et nota. arg. que ex toto renūcians dignitati episcopali non propterea ipsam que ad potestatem ordinandi potest que ordinando characterem imprimat. et sic hoc hic aperte videtur per baronem que episcopus est ordo et habet characterem alio vel positius ex toto tolerat renūciationem. **¶** Nota. que ordinati ab episcopo etiam dignitati renūcianti recipiunt characterem. nunquid autem recipiunt executionem per que non. an secum saltem possit dispensari per inferiorē a papa. hec decre. concludit que autem est ordinatus ad minores et poterit siue scienter siue ignoranter. autem est ordinatus ad sacros. et tunc si scienter non poterit nisi a papa dispensari. si ignoranter et crassa sit ignorantia idem. si probabilis per inferiorē a papa poterit dispensari. Et nota que crassa ignorantia equiparatur scilicet in his in quibus agit de defectu. **¶** Et nota. que prius maior preesentem potest id que poterat ex minori preesente. vide de elec. que sic. et que no. gl. de preesente. cum dilectus. videtur hic supra velle que versus ad subdiaconatum durent ordines minores et se extendant. et sic que ordo subdiaconatus non sit sacer. hoc est falsum quia imo sacer est. j. de eta. et qua. a multis. So. dicit glo. que hec dicitio versus stat exclusiue habet aliquam sicut inclusiue. alle. ff. de sena. l. vlt. s. senatores. hic So. an. multa iura allegat per contra de hac dictione versus an sicut inclusiue an exclusiue. dicit que quibus dicitio solet perferri a canone vel lege. et dicit que includit vel excludit. putat plus et minus

L

amicas vel inimicas alio iuribus ut intellectus amicus recipiat alio respicitur ut per hic. semper tunc si de mere legis apparet illa sequamur. ff. de exor. cri. l. j. sicut quidam. ibi versus ad penam capitis vbi non apparet per se quentia vel preesentem vel alio preesentem que dicitur. quibus perferri ab homine. et si expressis vel tacite vel per coniecturas vel alio constat de mere loquens que inclusiue vel exclusiue ponatur. sic accipitur de. s. sig. intelligentia. et preesentem. Si de voluntate non apparet recipitur inclusiue vel exclusionem que fauore habet. vel ex cuius consequencia resultat odium. per regulam odia. de re. iur. l. vj. ff. de dolo. l. j. quatenus fauor non inferat alteri iniustum. j. de dona. inter vi. et vxo. nupti. alio dicitur que semper ponitur inclusiue nisi per correspondentiam alterius actus aliud appareat. et hec vera vbi non apponunt ipsi. si apponitur dicitio versus ipsi limitato et nullum est dubium. quibus ad iuribus et ponitur tempus limitatum. exemplum de rescriptis. gratiose. et s. si propter. de elec. cum ex eo. cum dilecti. de do. et cotu. dicit So. an. que vbi aliud non apparet non est absurdum dicere que plures ab homine recipiat contra preesentem exclusiue vel inclusiue. de re. iur. contra eum l. vj. als sit loci distinctionem prius dicit. De dictione A. dicit ut de preesentem. statutum. l. vj. de versus. de per. que generaliter. l. vj. vide So. de cunio. ff. de offi. pco. et lega. l. meminisse. et Bar. in. l. patronus. s. semper no. ff. de leg. iij. **¶** Et dicitur secundo cum glo. in vbo ignorantia probabilis recipiens ordines ab episcopo qui renūciavit non sit suspensus nec egeat dispensatione. per iura que dicitur que ignorantia probabilis excusat. ff. de iur. et fac. igno. l. error. et l. regula. So. dicit glo. si culpa non preesentem ignorantiam procedit primum. hic processit contrarium. que fecit se a non episcopo ordinari. vel secundo dicit glo. et melius dicit in his que causantur a defectu potestatis ignorantia vel scientia nihil operatur que est singulari. quia non supplet defectum potestatis. ideo que quis non habet alteri dare non potest et carens executione illam alteri tribuere non potest. j. q. vij. daibertum. de iurepatro. que autem. **¶** Restat ergo que ignorantia non dat sibi excusationem vbi autem vitium surgit ex parte malicie vel negligentie suspicientis vel cum quo non agit tunc probabilis ignorantia excusat dolum vel negligentiam sed non tribuit que tribui non potest a causa agente. **¶** Unde concludendum que tales ordinati quantumcumque probabilis ignorantia egent dispensatione quicquid sententia hic Inno. que conatur rursus ad hanc decre. et post ea se correxit. de scisma. c. j. nisi forte est ignorantia cois ita que comuniter reputetur per non suspensus. que casu an in talibus spiritualibus operetur tolerantia. dixi de iurepatro. consultationibus. vbi plenissime hec examino. dicit tamen hosti. que hec dispensatio de facili obtinebit. **¶** Quero que dicatur crassa et supina ignorantia. dicit glo. que no. que aliquid factum est publice vel coram populo. et hoc non excusat. Dicit hic Uin. phi. Hof. hosti. et So. que licet episcopus publice renūciasset. clericus postea ab eo ordinatus potuisset habere iustam ignorantiam ut si extra prouintiam. tunc fuisse et hoc probaret. sicut. C. de preesentem. sup. optimam. de testi. ex tenore. j. que ma. accu. pnt. cum in tua. quod no. **¶** Quid si renūciavit simpliciter

an in dubio psumatur renunciaste loco tñ an ordi ni z loco. dic q loco tñ qz qui renūciat dignitan psumitur hoc facere ppter crimē. de renun. p^o trans lationē. igit ne psumat criminosus qd eē nō de bet. s. ti. pxi. c. j. psumit renūciaste plus loco qz di gnitati fm pbi. z hosti. qui remittit ad summam. eo. ti. s. qd si simpliciter. z qd hic dicit renūciaste di gnitati in. d. c. post translationē. dicit renūciare or dini. intelligit aut p hoc renūciare executioni z po testati ordinis cōferendi. Quero an sup executi one ista ordinati ad sacros ordines ab eo qui renū ciavit ordini dispense ep̄s. dic q nō fm doc. hic licz secus sit in ordinato ab ep̄o alieno executionē ha bente qui nō renūciavit. de quo. s. de tempo. ordi. q translationē. Ultimo per tex. in fi. patet qua lis debet eē dispensator. quia discretus qz als dissi pator dicitur. Anto. Bur.

¶ De clericis. Non summatur nec diuiditur.

